OBSERVATIONES CRITICAE

IN

ARISTOTELIS

QUAE FERUNTUR

MAGNA MORALIA ET ETHICA EUDEMIA.

SCRIPSIT

HERMANNUS BONITZ

PHILOSOPHIAE DOCTOR GYMNASII STETTINENSIS PROFESSOR.

BEROLINI

GUST. BETHGE.

MDCCCXLIV.

Tria exstant inter libros Aristotelicos scripta, quibus doctrina de moribus explicatur, Ethica Nicomachea, Ethica Eudemia, Magna Moralia. Quae quum rebus ipsis prorsus inter se concinant eademque exponant placita et ea quidem haud dubie Aristotelica, discrepent autem modo verbis, modo ordine etiam sententiarum et exponendi ratione, vix credibile videtur ab eodem Aristotele, qui nunquam in elimandis verbis sed in explicandis rebus operam posuerit, ter eandem esse disciplinam tractatam, ac proinde quaerendum est, num iure tria illa scripta Aristoteli tamquam auctori tribuantur. Ea quaestio, ut necessaria, ita propterea maxime difficilis et ardua, quod non externis scriptorum testimoniis, sed prope unice ex ipsa librorum indole res diiudicari potest, in sententias longe inter se diversas traxit viros doctos, ut si quis auctoritates conferre voluerit, res in medio relinquenda et diversis coniecturis pariter locus dandus videatur. At non incerto sensus cuiusdam iudicio, sed certissimis et firmissimis argumentis eam controversiam dirimi posse, nuper docuit vir eruditionis et doctrinae amplissimae, subtilis iudicii, de explicando Aristotele singulariter meritus, Leonar-

dus Spengel *). Is enim his libris diligenter et inter se et cum reliquis Aristotelicis comparatis, adhibitis deinde paucis, quae afferri possunt, scriptorum testimoniis, Nicomachea Ethica ab ipso conscripta esse Aristotele, Eudemiorum auctorem esse Eudemum, discipulum atque auditorem Aristotelis, ex his Eudemiis denique, adhibito hic illic ipsius Aristotelis opere, posteriore aetate excerpta esse Magna Moralia demonstravit, atque haec omnia ita comprobavit, ut neque de eius sententiae veritate dubitari et ad eam confirmandam vix quidquam adiici posse videatur. Itaque Eudemia Ethica et Magna Moralia posthac vel omittenda erunt ex Aristotelicorum librorum corpore, vel ita retinenda, ut placitorum non verborum auctorem Aristotelem habeamus.

Sed licet hi libri privandi sint Aristotelici nominis splendore, quem falso prae se tulerunt, tamen nequaquam sunt contemnendi vel negligendi; neque enim per se indigni videntur qui legantur, et saepe aliquid conferunt ad explicanda Nicomachea, id quod ex Zellii commentario, docte et accurate scripto, cognosci potest, denique ex hoc luculento exemplo intelligimus, quam arte et religiose Peripatetici auctoris sui vestigia secuti iam ab initio interpretando magis et explicando Aristotelis verba, quam philosophando operam dederint. Quotus autem quisque

---

*) Ueber die unter dem Namen des Aristoteles erhaltenen Ethischen Schriften. (Abhdl. der bair. Ak. der Wiss. I. Cl. Bd. III. Abth. II. p. 439—551.)

eorum, qui ad indagandam Graecorum philosophiam studium et operam conferunt, hos libros legere dignatur? quis eos sustineat legere adeo inquinatos omnis generis mendis, tam male habitos a librariis et ab editoribus, ut vix singulas paginas, interdum vix paucos versus uno tenore legere possis, quin manifestis interrumpare corruptelis. Nimirum quod hi libri cum Nicomacheis Ethicis coniuncti sunt, sicuti in causa videtur fuisse ut, quum plurimi interciderent Peripateticorum libri, hi potissimum cum paucis servarentur, ita obstitit ne genuina textus integritas maneret. Ea est enim Nicomacheorum praestantia ac tam singulari delectatione legentium animos tenent, ut in iis interpretandis explicandis enarrandis emendandis separatim denique edendis multi et antiquitus et nostra aetate operam posuerint, Eudemia Ethica et Magna Moralia librarii negligentius scripsisse videantur, nemo dum explicuerit, nemo separatim ediderit. Inveniuntur unice in universo Aristotelis operum corpore, et qui in editione principe exhibetur textus, idem tamquam per manus traditus est per proximas editiones *), praeterquam quod Casaubonus in margine aliquot adscripsit coniecturas, partim probabiles, partim omni veritatis specie destitutas. Novam denique librorum manu scriptorum collationem suscepit criticorum nostra aetate prin-

*) Hoc affirmat SPENGEL l. l. p. 442, equidem nec editionem principem conferre potui, nec reliquas quae Casaubonianam antecedunt.

ceps, Aristotelis inter philologos restitutor, IMMANUEL BEKKERUS. Is quum conquisitis undique et collatis codicibus Aristotelis editionem vere novam huius philosophi conderet, etiam Ethica Eudemia et Magna Moralia ad auctoritatem librorum manu scriptorum conformavit, et ad Eudemia quidem duos adhibuit libros Marcianum 213 (*M*^{b}) et Vaticanum 1342 (*P*^{b}), ad Magna Moralia Marcianum eundem et Laurentianum 81 11 (*K*^{b}). Hac opera quantum profecerit BEKKERUS ad textum emendandum, non est quod multis praedicemus, siquidem neminem latere potest, qui hanc editionem cum superioribus conferre voluerit; quantum reliquerit, facile sentiet qui hos libros ita susceperit legere, ut non satis habeat divinasse tantum scriptoris sententiam. Et omnia quidem menda ex ingenio tolli posse non ausim sperare, sed tamen diligenti et assidua lectione, collatis his libris inter se ipsis et cum Nicomacheis, ex quibus pendent, comparatis omnibus Aristotelis libris, quibuscum et placitorum natura et dicendi genere artissime cohaerent, persuasum habeo aliquid ad textum emendandum conferri posse. Equidem quum olim detentus ea ipsa quaestione, quam nunc a LEONARDO SPENGEL pertractatam et absolutam dixi, aliquamdiu in his libris legendis et perquirendis versarer, aliquot in locis textum probabili coniectura ad genuinam formam restituere mihi videbar. Harum emendationum specimen quum propositurus sum virorum doctorum iudicio, quam lubricam ingressus im viam non ignoro, sed in tanta criticorum sub -

sidiorum penuria ne evagaretur coniiciendi libertas et in temeritatem degeneraret, quanta potui maxima cura et diligentia cavere studui. Itaque viri docti hanc operam in rebus exilibus et minutis positam ne dedignentur cognoscere, sed severe velim has coniecturas examinent, humane iudicent.

Praeter criticum apparatum Bekkerianae editionis versiones Latinas, alteram GEORGII VALLAE ad Magna Moralia, alteram anonymi ad Ethica Eudemia, quae in editionibus Cas. et Bekk. leguntur, ubique contuli; licet enim admodum incertae videantur auctoritatis esse, neque comparari possint cum egregio Metaphysicorum interprete Bessarione, tamen donec meliora praebeantur subsidia non sunt omnino negligendae. Item ubique inspexi editionem Casauboni. Ex his ubi nihil adnotavi, nihil quod ad explicandum vel emendandum textum pertineret me reperisse in iis lectores censeant.

MAGNA MORALIA.

I, 1. p. 1182ᵇ30. *δῆλον τοίνυν ὅτι οὐδὲ τῇ πολιτικῇ ὑπὲρ τοῦ ἀγαθοῦ λεκτέον τοῦ κοινοῦ. μία γάρ ἐστι καὶ αὐτὴ τῶν λοιπῶν ἐπιστημῶν, τοῦτο δὲ οὐδεμιᾶς ἦν λέγειν οὔτε δυνάμεως οὔτ' ἐπιστήμης ὡς τέλους.* Extremis verbis quae debeat inesse sententia

probe perspexit interpres Latinus; quod enim vertit *atqui hoc nullius est dicere aut facultatis aut scientiae ut de fine*, recte significat, non esse per appositionem ὡς τέλους coniungendum cum ἐπιστήμης et δυνάμεως, sed referendum illud esse ad λεκτέον. Id vero quomodo per leges grammaticas fieri liceat, adeo dubium est, ut satius videatur coniectura locum sanare, ita quidem ut pro genitivo τέλους ponatur nominativus τέλος, qui referatur ad τοῦτο. Quodsi quis genitivum ὡς τέλους absolute dictum esse contenderit omisso participio ὄντος, equidem huius usus exempla satis certa ex pedestribus scriptoribus desidero. Potest sane quispiam ex his ipsis Magnis Moralibus locum afferre simillimum I, 2. p. 1184ᵃ25. οὐ δὴ ἴσως οὕτω γε σκεπτέον τὸ βέλτιστον. ἀλλ' ἆρά γε οὕτω πως, οἷον χωρὶς αὐτοῦ; siquidem extrema verba οἷον χωρὶς αὐτοῦ ex sententiarum contextu apparet non ita accipi posse, ut αὐτοῦ a χωρὶς pendeat, sed ut significent *tamquam ipsum per se separatum sit.* Sed quum horum librorum textus admodum depravatus sit librariorum incuria, nec multum fidei sit duobus, qui collati sunt, libris manu scriptis, haud scio an praestet hunc etiam locum coniectura emendare ὡς χωρὶς αὐτό, quam probare quod exemplorum auctoritate destitutum sit.

I, 1. p. 1183ᵃ11. Id quod est bonum per se et universe tractare nullius est vel scientiae vel facultatis. διὰ τί; ὅτι τἀγαθὸν ἐν πάσαις ταῖς κατηγορίαις ἐστίν. καὶ γὰρ ἐν τῷ τί καὶ ἐν τῷ ποιῷ καὶ ἐν τῷ ποσῷ καὶ ποτὲ καὶ πρός τι καὶ τινί, καὶ

ἁπλῶς ἐν ἁπάσαις. Quam tandem categoriam significari verbis *καὶ τινί* putabimus? Etenim quum satis saepe categoriae vel omnes vel pleraeque enumerentur, nusquam tamen unam ex iis per dativum *τινὶ* significatam reperies, neque omnino dici potest, quam liceat ex mente Aristotelis hac formula denotari, praesertim quum *πρός τι* iam commemoratum sit. In Eudemiis Ethicis praeter *οὐσίαν ποιὸν ποσὸν ποτέ* eae afferuntur categoriae, quae ad agendum et patiendum pertinent *καὶ πρὸς τούτοις τὸ μὲν ἐν τῷ κινεῖσθαι, τὸ δὲ ἐν τῷ κινεῖν* E. E. I, 8. p. 1217ᵇ29. Propius a scriptura eius loci, de quo agimus, abest, quod in Eth. Nic. recensentur *οὐσία ποιὸν ποσὸν χρόνος τόπος*, I, 4. p. 1096ᵃ24. Inde pro *καὶ τινὶ* scribere *καὶ ποῦ* eo minus dubitaverim, quoniam Magnorum Moralium auctor, quem in posteriore operis parte unice Eudemiis adhaerere apparet, ab initio Nicomachea Ethica non minus sequitur, quam Eudemia. (Cf. Spengel l. l. p. 515.) Ceterum conferri potest Met. E, 2. p. 1026ᵃ35, quo in loco eaedem fere categoriae ex universo earum numero electae sunt, *παρὰ ταῦτα δ' ἐστὶ τὰ σχήματα τῆς κατηγορίας, οἷον τὸ μὲν τί, τὸ δὲ ποιόν, τὸ δὲ ποσόν, τὸ δὲ ποῦ, τὸ δὲ ποτέ, καί εἴ τι ἄλλο σημαίνει τὸν τρόπον τοῦτον.*

I, 1. p. 1183ᵇ7. Idea boni non est adhibenda ad doctrinam moralem, quia non proprium ac peculiare huic scientiae est principium, quemadmodum ad demonstrandum theorema quoddam mathematicum non utimur immortalitate animae tamquam prin-

cipio, quoniam sine eius ope illud potest probari. ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἀγαθῶν ἔστι θεάσασθαι τὰ ἄλλα ἄνευ τοῦ κατὰ τὴν ἰδέαν ἀγαθοῦ. διὸ οὐκ οἰκείαν ἀρχὴν εἶναι τούτου τἀγαθοῦ. Bekkerus verba διὸ — τἀγαθοῦ uncinis inclusit, secutus alterum e duobus codd. *M*[b]. Sed cum facile appareat, qui fieri potuerit ut omitterentur propter extremiorum verborum similitudinem, vero similius videtur haec verba retinenda esse et leni coniectura ad aptam sententiam conformanda; scribendum enim arbritor διὰ τὸ pro διό. Quod autem in fine enunciati est τούτου τἀγαθοῦ utrum retinendum sit, ut significet τὸ καθ' ἕκαστον καὶ ἀνθρώπινον ἀγαθόν, an mutandum sit in τοῦτο τἀγαθόν, i. e. bonum de quo agimus, idea boni, non ausim diiudicare.

I, 4. p. 1184ᵇ34. ὧν γὰρ ἦν ἕξις καὶ χρῆσις, ἡ χρῆσις καὶ ἡ ἐνέργεια τέλος. τῆς δὲ ψυχῆς ἡ ἀρετὴ ἕξις ἐστίν. ἔστι δὲ ἡ ἐνέργεια καὶ ἡ χρῆσις αὐτῆς τῶν ἀρετῶν, ὥστε τέλος ἂν εἴη ἡ ἐνέργεια καὶ ἡ χρῆσις αὐτῆς. Argumentandi hunc apparet esse contextum et ordinem. Si quid et in habitu cernitur et in actu, actus melior est habitu et pro fine illius habendus. Atqui virtus est animae habitus, non includitur autem ita habitu, ut nihil agat, sed eadem ad actum progreditur. Ergo actus ususque virtutis finis est bonorum et ipsum summum bonum. Hanc ut habeamus sententiam, scribendum est ἔστι δὲ καὶ ἐνέργεια καὶ χρῆσις αὐτῆς τῶν ἀρετῶν, id quod manifestum erit conferentibus diligentius et superiora et inferiora verba. Ac saepius quidem in articulo

perperam vel omittendo vel adiiciendo peccatum est a librariis in his libris. Veluti in eadem quaestione I, 3. p. 1184^{b}14. *ὧν ἄρα καὶ ἡ χρῆσις καὶ ἕξις ἐστίν, ἀεὶ βέλτιον καὶ αἱρετώτερον ἡ χρῆσις τῆς ἕξεως* Bekkerus ad verba *καὶ ἡ χρῆσις* recte adnotavit *malim abesse ἡ*. Et I, 9. p. 1186^{b}22. *οἷον ἐλευθεριότητι πότερον ἀσωτία ἢ ἀνελευθερία πορρώτερον. μᾶλλον γὰρ ἂν δόξειεν ἡ ἐλευθεριότης ἀσωτία ἢ ἡ ἀνελευθερία. πορρώτερον ἄρα ἡ ἀνελευθερία.* scribendum est *μᾶλλον γὰρ ἂν δόξειεν ἐλευθεριότης ἡ ἀσωτία ἢ ἡ ἀνελευθερία.* Neque enim id quaeritur, utrum liberalitas an illiberalitas ad prodigentiam propius accedat, sed utrum liberalitati prodigentia an illiberalitas propior sit. — Addendus articulus I, 22. p. 1191^{b}10. *οὐδὲ δὴ περὶ ταύτας ἀνὴρ σώφρων ἔσται οὕτως ἔχων ὥστε μηδ' ὑπὸ μιᾶς—πάσχειν (ὁ γὰρ τοιοῦτος ἀναίσθητος), ἀλλ' ἤδη ὁ πάσχων κτλ.* Scribendum *ὁ οὕτως ἔχων*. Cf. E. E. III, 2. p. 1231^{a}26. *ἀναίσθητος μὲν οὖν—ὁ οὕτως ἔχων ὥστε κτλ.* Praeterea in fine eiusdem enunciati ad explendam constructionem post *σώφρονα* ^{b}16 adde *φατέον* coll. I, 20. p. 1190^{b}28. 35. 37. 1191^{a}15. — Eadem emendatione utendum arbitror I, 34. p. 1194^{a}28. *ἔστι δὲ δίκαιον καὶ ἀντιπεπονθός, οὐ μέντοι γε ὡς οἱ Πυθαγόρειοι ἔλεγον.* Addendus articulus ad *ἀντιπεπονθός, ἔστι δὲ δίκαιον καὶ τὸ ἀντιπεπονθός*, id quod exhibetur in edit. Cas. et Tauchn. Cf. ^{a}33. *καὶ τὸ ἀντιπεπονθὸς δὲ δίκαιόν ἐστιν ἐν τῷ ἀνάλογον.* E. N. V, 8. p. 1132^{b}21. *δοκεῖ δέ τισι καὶ τὸ ἀντιπεπονθὸς εἶναι ἁπλῶς δίκαιον, ὥσπερ οἱ Πυθα-*

γόρειοι ἔφασαν. — Paullo infra I, 34. p. 1194^{b}4—7. bis videtur in articulo peccatum esse. ἐπεὶ δὲ τὸ δίκαιον πολλαχῶς λέγεται, διοριστέον ἂν εἴη ὑπὲρ ποίου δικαίου ἐστὶν ἡ σκέψις. ἔστι δὴ δίκαιον τό, ὡς φασίν, οἰκέτῃ πρὸς δεσπότην καὶ υἱῷ πρὸς πατέρα. τὸ δ' ἐν τούτοις δίκαιον ὁμωνύμως ἂν δόξειε λέγεσθαι τῷ πολιτικῷ δικαίῳ. ἔστι γὰρ δίκαιον ὑπὲρ οὗ ἐστὶν ἡ σκέψις, τὸ πολιτικὸν δίκαιον. Ibi enim primum falso additus est articulus post ἔστι δὲ δίκαιον, mutandus in pronomen indefinitum τι, quae enim inter servum et dominum intercedit ratio, ea non ipsam continet iusti naturam, sed nominis tantum aequalitate iustitia appellatur. Ad significanda autem haec ὁμωνύμως λεγόμενα usurpatur pronomen τι, cf. E. N. V, 10. p. 1134^{a}28. ὥστε ὅσοις μή ἐστι τοῦτο, οὐκ ἔστι τούτοις πρὸς ἀλλήλους τὸ πολιτικὸν δίκαιον, ἀλλά τι δίκαιον καὶ καθ' ὁμοιότητα. Deinde in extremo enunciato falso omissus est articulus post γάρ, scribendum est enim ἔστι γὰρ τὸ δίκαιον, ὑπὲρ οὗ κτλ. Cf. eum locum quem epitomator ante oculos habuit E. N. V, 10. p. 1134^{a}24. δεῖ δὲ μὴ λανθάνειν ὅτι τὸ ζητούμενόν ἐστι καὶ τὸ ἁπλῶς δίκαιον καὶ τὸ πολιτικὸν δίκαιον. — Addendus articulus item est II, 11 p. 1208^{b}30. ἡ δὲ πρὸς τὸν θεὸν φιλία οὔτε ἀντιφιλεῖσθαι δέχεται οὔθ' ὅλως τὸ φιλεῖν. Scribendum est enim οὔτε τὸ ἀντιφιλεῖσθαι δέχεται.

Exposita notione beatitatis, quae est ψυχῆς ἐνέργεια κατ' ἀρετὴν ἐν βίῳ τελείῳ, quaeritur num omnium animae partium sit quaedam virtus et requiratur ad conficiendam beatitatem. I, 4. p. 1185^{a}13—24.

μετὰ τοῦτο τὸ μέλλον λέγεσθαι οὔτε λίαν δόξειεν ἂν οἰκεῖον εἶναι τούτων οὔτε μακρὰν ἀπέχειν, οἷον ἐπειδήπερ ἔστιν, ὥς δοκεῖ, μόριόν τι τῆς ψυχῆς ᾧ τρεφόμεθα, ὃ καλοῦμεν θρεπτικόν· τοῦτο γὰρ εὔλογόν ἐστιν εἶναι· τοὺς γοῦν λίθους ὁρῶμεν ἀδυνάτους τρέφεσθαι ὄντας, ὥστε δῆλον ὅτι τῶν ἐμψύχων ἐστὶ τὸ τρέφεσθαι. εἰ δὲ τῶν ἐμψύχων, ἡ ψυχὴ ἂν εἴη αἰτία. τῆς δὲ ψυχῆς τούτων μὲν τῶν μορίων οὐθὲν αἴτιον ἂν εἴη τοῦ τρέφεσθαι, οἷον τὸ λογιστικὸν ἢ τὸ θυμικὸν ἢ το ἐπιθυμητικόν, ἄλλο δέ τι παρὰ ταῦτα, ᾧ οὐθὲν ἔχομεν οἰκειότερον ὄνομα ἐπιθεῖναι ἢ θρεπτικόν. τί οὖν ἄν τις εἴποι, πότερον καὶ τούτου τοῦ μορίου τῆς ψυχῆς ἐστὶν ἀρετή; Haec ut in editionibus distincta sunt, non aliter possunt explicari, nisi ut anacoluthiam quandem inesse statuamus; ad protasin enim, quae orditur a verbis *ἐπειδήπερ ἔστιν,* nulla infertur apodosis. At non opus est confugere ad anacoluthiam, modo distinctione sententiarum contextus rectius significetur earumque intellectus iuvetur. Nimirum verba *τοῦτο γὰρ — ἂν εἴη αἰτία* tamquam *διὰ μέσου εἰρημένα* parenthesis signis includenda sunt, deinde per proxima verba continuatur protasis, cuius apodosis incipienda demum est a verbis *τί οὖν.* Quod si veriti fuerint editores ad tantam amplitudinem extendere protasin, meminisse eos oportebat, quoties Aristoteles interpositis explicationibus ad tantum ambitum protasin amplificet, ut exspectandam esse apodosin prope obliviscaris; quae quidem enunciatorum conformatio, minime laudabilis et longe distans ab anacoluthis Platonicis, vividi sermonis imaginem referentibus, tam

arte cohaeret cum Aristotelis cogitandi ac philosophandi ratione, ut eam transiisse ad auditores et scholam Peripateticam non possis mirari. Exposui de hoc enunciatorum genere in Observ. crit. ad Arist. Met. p. 32—38; inde huc pertinent praecipue ealongiorum propositionum exempla, quarum apodosis particulam *οὖν* habet. — Tres alios Magnorum Moralium locos breviter significasse sufficiet, quoniam recta distinguendi ratio iam a Casaubono instituta est, unde in ed. Tauchn. transiit. I, 23. p. 1191^{b}30—36. a verbis *ἐπειδὴ γὰρ* usque ad verba *πρᾶος καὶ ἐπαινετός* eadem est continuanda enunciatio; protasis explicationibus intercepta resumitur per particulas *ἐπεὶ τοίνυν,* apodosis continetur verbis *ὁ μέσος—ἐπαινετός*. Item I, 34. p. 1196^{a}1—4. recte distincta sunt a Casaubono, qui ea in unum enunciatum coniungit, falso a Bekkero, qui ante *ὁ δὲ νόμος* puncto maximo intercidit. Nimirum *ὁ δὲ νόμος* alterum est protasis membrum a particula *εἰ* exorsae, apodosis autem incipienda a verbis *ὁ ἄρα.* Denique II, 11. p. 1210^{a}7. probandum est, quod Casaubonus non ante *ἔστιν οὖν,* sed post *ἀμφότερα* plene distinxit; orditur enim ab *ἔστιν οὖν* apodosis, eademque est enunciationis forma ac p. 1208^{b}36 sq. Pariter in Eudemiis Ethicis II, 4. p. 1221^{b}27—34. veram distinguendi rationem praecepit Casaubonus, quem secuta est ed. Tauchn., quod usque ad *καὶ λύπας* eandem continuavit enunciationem, nec debebat Bekkerus ante *ἀνάγκη δὴ* puncto maximo intercidere. Orditur enim ab *ἀνάγκη δὴ* apodosis, quae saepissime ab *ἀνάγκη, ἀναγκαῖον,*

φανερόν ac similibus manifestae conclusionis vocabulis incipitur. Cf. Eth. Eud. II, 5. p. 1222a6—12, II, 10. p. 1226b30—36, III, 1. p. 1228a36—b4, III, 4. p. 1231b33—38. al. — Sed neque a Casaubono neque in novissima editione recte distincta video quae leguntur M. M. II, 10. p. 1208a12—20. Ibi scriptor quod dixit *ἔστιν οὖν κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον πράττειν, ὅταν τὸ ἄλογον μέρος τῆς ψυχῆς μὴ κωλύῃ τὸ λογιστικὸν ἐνεργεῖν τὴν αὑτοῦ ἐνέργειαν,* deinde allata comparatione sic explicat. *ἐπειδὴ γάρ τι τῆς ψυχῆς τὸ μὲν χεῖρον ἔχομεν τὸ δὲ βέλτιον, ἀεὶ δὲ τὸ χεῖρον τοῦ βελτίονος ἕνεκέν ἐστιν, ὥσπερ ἐπὶ σώματος καὶ ψυχῆς τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς ἕνεκεν, καὶ τότ' ἐροῦμεν ἔχειν τὸ σῶμα καλῶς, ὅταν οὕτως ἔχῃ ὥστε μὴ κωλύειν ἀλλὰ καὶ συμβάλλεσθαι καὶ συμπαρορμᾶν πρὸς τὸ τὴν ψυχὴν ἐπιτελεῖν τὸ αὑτῆς ἔργον· τὸ γὰρ χεῖρον τοῦ βελτίονος ἕνεκεν, πρὸς τὸ συνεργεῖν τῷ βελτίονι. ὅταν οὖν τὰ πάθη μὴ κωλύωσι τὸν νοῦν τὸ αὑτοῦ ἔργον ἐπιτελεῖν, τότ' ἔσται τὸ κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον γινόμενον.* Si quis facilis est in statuenda anacoluthia, hunc etiam locum ad idem dicendi genus referet, nam ad protasin *ἐπειδὴ γὰρ κτλ.* deest apodosis, siquidem illud colon *καὶ τότ' ἐροῦμεν* non potest pro apodosi haberi, sed ad comparationem interpositam *ὥσπερ κτλ.* pertinet. At delendum est punctum post *βελτίονι* et apodosis incipienda ab *ὅταν οὖν;* universa enunciatio eiusdem est formae, cuius exempla attuli in Observ. ad Arist. Met. l. l. — In his locis falsa distinguendi ratio aliquam certe habet ex ambitu longiore enunciationum excusationem; non idem cadit in locum

iam antea dixerit eos pravitatem, *κακίαν*, in se ipsos continere. Nisi scriptorem socordem socordibus lectoribus scripsisse posuerimus, circumspiciendum est si quid emendatione profici possit. Quae qua via quaerenda sit optime intelligitur ex eo loco Nicomacheorum, quo de eadem re agitur. Ibi enim II, 6. mentione facta eorum affectuum, qui non per excessum vel defectum in pravitatem et in vituperium incidant, sed sua ipsi natura vitium contineant, Aristoteles rem ita significat magis quam explicat, ut eiusmodi affectiones, veluti *μοιχείαν κλοπήν* al., iam in se ipsas excessum vel defectum continere, ac proinde neque accedente demum excessu vel defectu vituperio obnoxias, neque per mediocritatem laudabiles fieri contendat. In eandem fere sententiam hunc de quo agimus locum conformabimus, si scripserimus: *ἀλλὰ καὶ τοῦτο καὶ εἴ τι ἄλλο τοιοῦτόν ἐστιν, ὃ περιέχεται ἡδονῇ τῇ κατ' ἀκολασίαν, ἢ ἐν ἐλλείψει ἢ ἐν ὑπερβολῇ τὸ ψεκτὸν ἔχει.* Codicum fidem non prorsus neglexi in hac coniectura, siquidem eorum alter K^b *ὃ ἐν* ante *ἐλλείψει* omittit; sed num leniore mutatione locus restitui possit, alii viderint.

I, 11. p. 1187ᵇ21. *ἐπειδήπερ ἐπ' ἐμοί ἐστι τὸ δικαίῳ εἶναι καὶ σπουδαίῳ, ἐὰν βούλωμαι, ἔσομαι πάντων σπουδαιότατος.* Adeo constanti usu in omnibus libris moralibus, qui Aristotelis nomine feruntur, praepositio *ἐπὶ* cum dativo coniuncta usurpatur ad significandum id quod est in alicuius potestate et arbitrio positum, ut hic etiam eadem praepositio

restituenda videatur ἐπ' ἐμοί. Cf. I, 11. p. 1187ᵃ7. 18. 22. ᵇ19. 31. I, 17. p. 1189ᵇ7. E. N. III, 7. p. 1114ᵃ29, E E. II, 6. p. 1223ᵃ2—9, II, 10. p. 1225ᵇ37, 1226ᵃ5. 23. et alios permultos horum librorum locos. Item E. E. II, 10. p. 1226ᵃ31. ἀλλ' οὐδὲ περὶ τῶν ἐν ἡμῖν πρακτῶν περὶ ἁπάντων scribendum est ἐφ' ἡμῖν, quod apparet maxime conferenti ᵃ28 et 30.

I, 17. p. 1189ᵇ25. ἔστι δ' ἐν τοῖς πρακτικοῖς τὸ ἀόριστον, καὶ ἐν οἷς διτταὶ αἱ ἁμαρτίαι. ἁμαρτάνομεν οὖν ἐν τοῖς πρακτικοῖς καὶ ἐν τοῖς κατὰ τὰς ἀρετὰς ὁμοίως. Adiectiva desinentia in τός et in τικός, veluti ἀποδεικτός et ἀποδεικτικός, πρακτός et πρακτικός, dici vix potest quam saepe a librariis inter se commutata sint, licet hoc distinguantur discrimine certo et constanti, ut ἀποδεικτικός is dicatur, qui ratiocinandi gnarus sit et validus, ἀποδεικτόν ea res, quae ratiocinando demonstrari possit, ac similis ceterorum ratio. Hoc loco pro πρακτικοῖς utrobique scribendum esse πρακτοῖς quum ex ipsa vocabulorum vi cognoscitur, tum confirmatur verbis paullo superioribus ᵇ6. ἔστιν οὖν ἡ προαίρεσις ἐν τοῖς πρακτοῖς et ᵇ13. ἐν δέ γε τοῖς πρακτοῖς, ἐν οἷς ἡ προαίρεσις, et interpretatione Latina, quae pro πρακτικοῖς utroque loco habet *quae sub actionem cadunt*. — Eandem emendationem alio huius libri loco iam Casaubonus proposuit, obsecutus fortasse eidem interpreti Latino II, 3. p. 1199ᵃ8. ἡ μὲν γὰρ φρόνησις πρακτικὴ τούτων ἐστίν, ἡ δ' εὐβουλία ἕξις ἢ διάθεσις ἤ τι τοιοῦτον

ἡ ἐπιτευκτικὴ τῶν ἐν τοῖς πρακτικοῖς βελτίστων καὶ συμφορωτάτων. Scribendum esse ἐν τοῖς πρακτοῖς apparet conferentibus verba quae hunc locum proxime antecedunt ἡ δέ γε εὐβουλία ἐστὶ μὲν περὶ ταὐτὰ τῇ φρονήσει, περὶ γὰρ τὰ πρακτά ἐστι κτλ. — Sed tertium locum, cuius eadem prorsus est ratio, praetermisit Casaubonus II, 12 p. 1212ᵃ24—26. ἔστι δὴ ὁμονοεῖν ἐν τοῖς πρακτικοῖς μετὰ βουλήσεως ταὐτοῦ. περὶ ἄρχοντος ἄρα κατάστασιν ἐν πρακτικοῖς τοῦ αὐτοῦ ἐστὶν ἡ ὁμόνοια ἡ κυρίως λεγομένη. Scribendum est utrobique πρακτοῖς, quod vel habuit in textu vel expressit certe vertendo Valla, quum scribit *quae sub actionem cadunt.* Cf. ᵃ18. πρῶτον μὲν γὰρ οὐκ ἔστιν ἡ ὁμόνοια ἐν τοῖς νοητοῖς ἀλλ' ἐν τοῖς πρακτοῖς. E. E. VII, 7. p. 1241ᵃ16. οὐ περὶ πάντα ἡ ὁμόνοια ἡ φιλική, ἀλλὰ περὶ τὰ πρακτά. E. N. IX, 6. p. 1167ᵃ28. περὶ τὰ πρακτὰ δὴ ὁμονοοῦσιν.

I, 20 p. 1190ᵇ13. εἴ τις φοβεῖται μόνον. Genuinam scripturam νόσον pro μόνον iam a Spengelio propositam video l. l. p. 515 not. Cf. E. N. II, 9.

I, 20 p. 1190ᵇ28. οὐδὲ Σωκράτης δὲ ὀρθῶς ἔλεγεν κτλ. Non videtur post οὐδὲ eidem enunciationis membro recte addi posse particula δέ, addenda potius erat particula δή, id quod e plurimis iisque simillimis exemplis eiusdem scriptoris colligi potest. Cf. p. 1183ᵃ3. 1185ᵇ12. 1190ᵇ34. 37. 1191ᵃ10. 15. 21. ᵇ10. 1192ᵃ19. 24 al.

I, 20. p. 1191ᵃ17. Expositis falsis et adulterinis fortitudinis generibus scriptor ad explicandam

veram eius virtutis notionem his verbis transit: *οὐδένα οὖν τῶν τοιούτων ἀνδρεῖον θετέον εἶναι τὸν ὁποιονοῦν ἀνδρεῖον, καὶ τίς ὁ ἀνδρεῖος σκεπτέον.* Quid sibi velint verba *τὸν ὁποιονοῦν ἀνδρεῖον* per appositionem adiecta ad *ἀνδρεῖον,* equidem non assequor, nec dubito quin puncto maximo posito post *εἶναι* proxima sic scribenda sint: *τὸν ὁποῖον οὖν ἀνδρεῖον* (sc. *θετέον εἶναι*) *καὶ τίς ὁ ἀνδρεῖος σκέπτεον.* Ita Valla: *qualis igitur et quisnam fortis, hinc considerandum.*

I, 25. p 1192ᵃ20. *οὔτε γὰρ τῆς ἀνδρίας ἐστὶ τὸ ὅπλα ποιῆσαι, ἀλλ' ἄλλης—, οὐδὲ δὴ τῆς ἐλευθεριότητος ἀλλ' ἤδη χρηματιστική.* Nominativus *χρηματιστική* explicari non potest, nisi plenum et integrum enunciatum inde confeceris *ἀλλ' ἤδη χρηματιστική ἐστιν ἡ ταῦτα παρασκευάζουσα τέχνη.* Sed si attenderis ad initium enunciationis *οὔτε τῆς ἀνδρίας—, ἀλλ' ἄλλης,* longe probabilius videbitur pro nominativo reponendum esse genitivum *χρηματιστικῆς.* Eundem casum Valla vertendo expressit: *ergo nec liberalitatis est opes parare, sed eius potius quae χρηματιστικὴ sive ars pecuniaria dicitur.*

I, 35. p. 1197ᵇ3. Utrum sapientia in virtutum numero habenda sit necne scriptor ita quaerit, ut prudentiam (*φρόνησιν*) virtutem esse ponat atque inde ratiocinetur. *πότερον δ' ἐστὶν ἡ σοφία ἀρετὴ ἢ οὔ, διὰ τούτων ἂν δῆλον γένοιτο, ὅτι ἐστὶν ἀρετὴ ἐξ αὐτῆς τῆς φρονήσεως.* Non videtur ferri posse, ut ab eodem verbo *δῆλον γένοιτο ἄν* utrumque suspensum sit, et quaestio *πότερόν ἐστιν ἡ σοφία ἀρετὴ ἢ*

οὔ, et id ipsum quod respondetur et contenditur *ὅτι ἐστὶν ἀρετή*. Immo verba ita sunt distinguenda, ut interrogatio absolute ponatur, non suspensa a *δῆλον γένοιτο ἄν*, deinde ab his verbis pendeat enunciatio *ὅτι ἐστὶν ἀρετή*, denique *ἐξ αὐτῆς τῆς φρονήσεως* subiungatur, appositum ad explicanda verba *διὰ τούτων*. Hanc enunciati conformationem recte instituit Valla *utrum autem sapientia virtus est annon? hinc perspicuum est, ex ipsa certe prudentia, virtutem esse;* et confirmat eandem simillima enunciationis forma I, 35. p. 1198ᵃ22 sq. 32.

I, 35. p. 1198ᵇ1. Prudentia quaeritur num sit activa scientia necne. Quodsi reliquis in artibus is, qui perficiendi operis modum ac rationem praescribit, non minus activus esse censetur, quam qui praecipienti obsecutus ipsum opus manibus tractat, prudentia profecto, cui virtutes activae parent, et ipsa inter activas virtutes est referenda. Hanc rem scriptor aedificationis exemplo illustrat *ἔστι γάρ, ὥς φαμέν, ἐν οἰκοδομικῇ ὁ μὲν ἀρχιτέκτων τις καλούμενος, ὁ δ' ὑπηρετῶν τούτῳ οἰκοδόμος· οὗτος δ' ἐστὶ ποιητικὸς οἰκίας. ἔστι δὲ καὶ ὁ ἀρχιτέκτων, καθὸ οὗτος ἐποίει οἰκίαν, ποιητικὸς οἰκίας.* Ac similis est ratio reliquis in artibus, in quibus alius est, qui faciendi operis legem praescribit, alius qui opus perficit. *ποιητικὸς ἄρα τινὸς καὶ ὁ ἀρχιτέκτων ἔσται, καὶ τοῦ αὐτοῦ τούτου ποιητικὸς καὶ ὑπηρετικός.* Extrema verba ut nunc exhibentur perversam praebent sententiam; inde enim efficitur, ut eadem ars et praecepta det operis faciendi et ipsum opus tractet. Ac

licet ad *ὑπηρετικός* articulum addideris, ut scribatur *καὶ ὁ ὑπηρετικός* vel *καὶ ὁ ὑπηρετῶν*, ne sic quidem sententia poterit apta videri; nam probata hac coniectura id efficitur universa argumentatione, ut arti ministrae effectiva vis assignetur. At non de ministra arte agitur sed de praeceptrice, et haec quaeritur utrum eandem habeat vim effectivam necne. Hunc ad sensum ut conformetur enunciatio facillimum videtur scribere *τοῦ αὐτοῦ τούτου, οὐ ποιητικὸς καὶ ὁ ὑπηρετικός.*

II, 3. p. 1200ᵃ19. Pleraque bona, veluti divitiae honores opes, si iustam ac suam magnitudinem excedunt, superbia aliisque vitiis homines corrumpunt. *πότερον οὖν καὶ ἐπ' ἀρετῆς οὕτως ἔχει, ὥστε ἐάν τινι δικαιοσύνη ἢ ἀνδρία εἰς ὑπερβολὴν παραγένηται, χείρων ἔσται, ἢ οὔ; φησίν. ἀλλ' ἀπὸ μὲν ἀρετῆς τιμὴ γίνεται, ἡ δὲ τιμὴ μεγάλη γινομένη χείρους ποιεῖ.* Antequam per enunciationem *ἀλλ' ἀπὸ κτλ.* suae ipse sententiae scriptor obloquatur, responsum esse oportet ad quaestionem superiorem; quae quidem responsio quum negativa esse debeat, quod cuivis apparet vel paullum attendenti ad sententiarum nexum, scribendum est *ἢ οὔ; οὔ φησιν.* Eiusdem vocabuli iteratio librarios in errorem deduxit. Ceterum de hoc usu vocabuli *φησίν* admodum frequenti in Magnis Moralibus, cf. p. 1188ᵃ6, 8, 1195ᵇ12, 1198ᵇ11, 1200ᵃ21, 1201ᵃ19, 1205ᵃ7, 1207ᵇ24, 1208ᵃ25, 1209ᵃ10, 38. 1212ᵇ38, 1213ᵃ1, 6 al.; frustra apud Aristotelem similia exempla quaesiveris. — Eadem quaestio, utrum eximia virtutis magni-

tudo corrumpere hominem possit necne, his concluditur verbis: *τὸ δ' ὅλον ἐπειδήπερ ἡμῖν ἐν ἀρχῇ διώρισται ὅτι εἰσὶν αἱ ἀρεταὶ μεσότητες, καὶ ᾗ μᾶλλον ἀρετὴ μᾶλλόν ἐστι μεσότης, ὥστ' οὐχ ὅτι χείρω ποιήσει εἰς μέγεθος ἡ ἀρετὴ ἰοῦσα ἀλλὰ βελτίω.* (p. 1200^{a}31.) Pro *καὶ ᾗ μᾶλλον* scribendum est, quod exhibetur in cod. K^b *καὶ ἡ μᾶλλον*, ut apodosis enunciati ordiatur ab his verbis *καὶ ἡ μᾶλλον*. Cf. Arist. Top. V, 8. p. 137^{b}31. *οἷον ἐπεὶ οὐκ ἔστι τοῦ ἀνθρώπου τὸ σπουδαῖον ἴδιον, οὐδ' ἂν τοῦ μᾶλλον ἀνθρώπου τὸ μᾶλλον σπουδαῖον ἴδιον εἴη*, et universum illud caput *περὶ τοῦ μᾶλλον καὶ ἧττον*.

II, 6, p. 1203^{a}1. Temperantiae et intemperantiae, *ἐγκρατείας* et *ἀκρασίας*, notiones ita investigantur, ut comparatae cum similibus et confinibus notionibus in artiores ipsae terminos includantur. Itaque quaeritur *πότερον δὲ καὶ ἡ ἐγκράτεια καὶ ἡ καρτερία ταὐτόν ἐστιν, ἢ οὔ;* (p. 1202^{b}29) deinde *πάλιν ἡ ἀκρασία καὶ ἡ μαλακία οὐκ ἔστι ταὐτόν.* Denique *ἀκρασία* cum *ἀκολασίᾳ* comparatur, ut inde appareat, num eadem sit utriusque notio necne. *ἔστιν αὖ πάλιν τις καλούμενος ἀκόλαστος· πότερον οὖν ὁ ἀκόλαστος ἀκρατής, καὶ ὁ ἀκρατὴς ὁ αὐτός, ἢ οὔ;* Laborare apparet huius enunciati conformationem, quum aut scribendum fuerit *πότερον ὁ ἀκόλαστος ἀκρατὴς καὶ ὁ ἀκρατὴς ἀκόλαστος, ἢ οὔ;* aut *πότερον ὁ ἀκόλαστος καὶ ὁ ἀκρατὴς ὁ αὐτὸς ἢ οὔ;* Et haec quidem enunciati forma, quae lenissima mutatione, omisso priore *ἀκρατής*, restitui potest, ita commendatur superiorum quas attuli quaestionum similitudi-

ne, ut eam in textum recipere vix dubitaverim. Ita distinctis *τοῦ ἀκρατοῦς* et *τοῦ ἀκολάστου* notionibus, quaeritur uter eorum, *ὁ ἀκρατὴς* an *ὁ ἀκόλαστος,* facilius sanari et ad virtutem deduci possit, et utrius praeferenda sit conditio. *ἀλλὰ πότερος διάκειται χεῖρον, ᾧ μηδὲν ἀγαθόν τι ὑπάρχει, καὶ τὰ κατὰ ταῦτα; ἢ δῆλον ὅτι ἐκεῖνος, καὶ ὅσῳ γε ὃ τιμιώτερον, κακῶς διάκειται.* (p. 1203a12.) Responsionem ad quaestionem propositam ordiri apparet a verbis *ἢ δῆλον ὅτι,* inde sequitur ut superiora verba explicandae quaestioni inservire debeant, quod quidem in textu, qualis nunc exhibetur, reperiri non potest. Sive enim legeris *τὰ κατὰ ταῦτα,* sive praetuleris quod in cod. *Mb* a recentiore manu scriptum est *τὰ κακὰ ταῦτα,* unice *ἀκολασίας* natura describitur, quippe cui quum desit rationis imperium nihil omnino boni tribui possit. At describenda nimirum erat utriusque vitii natura et *ἀκολασίας* et *ἀκρατείας,* et altera alteri opponenda. Itaque, nisi audacior videatur mutatio, equidem hunc in modum locum emendandum censeam: *ἀλλὰ πότερος διάκειται χεῖρον; ᾧ μηδὲν ἀγαθόν τι ὑπάρχει* (i. e. *ὁ ἀκόλαστος*) *ἢ ᾧ ἀγαθὸν μέν τι ὑπάρχει* (sc. *ὁ λόγος*) *καὶ τὰ κακὰ ταῦτα* (i. e. *ἡ τῶν παθῶν ὑπερβολή*)*; ἢ δῆλον ὅτι ἐκεῖνος, καὶ ὅσῳ γε ὃ τιμιώτερον κακῶς διάκειται.* In extremis verbis comma ante *κακῶς* omisi, ut haec sit enunciationis sententia: An id quidem manifestum est, peius habere *τὸν ἀκόλαστον,* siquidem id quod maiore honore dignum est, ipsa ratio, male habet. Haec recte esse explicata et probabiliter emendata,

cognosci potest e verbis proximis. *ἔστι τοίνυν ὁ μὲν ἀκρατὴς ἀγαθὸν ἔχων τὸν λόγον ὀρθὸν ὄντα, ὁ δ' ἀκόλαστος οὐκ ἔχει. ἔτι ἐστὶν ὁ λόγος ἑκάστου ἀρχή· τοῦ μὲν οὖν ἀκρατοῦς ἡ ἀρχὴ τιμιώτατον ὂν εὖ διάκειται, τοῦ δ' ἀκολάστου κακῶς, ὥστε χείρων ἂν εἴη ὁ ἀκόλαστος τοῦ ἀκρατοῦς.*

II, 6. p. 1203b20. *Σωφροσύνη* et *ἐγκράτεια* ita inter se distinguuntur, ut *ὁ ἐγκρατὴς* moveri quidem dicatur pravis cupiditatibus, sed iis opprimendis et imperio rationis subiiciendis sufficere, *ὁ σώφρων* autem ne habere quidem pravas cupiditates. *ἔστι δὲ σώφρων ὁ μὴ ἔχων ἐπιθυμίας φαύλας τόν τε λόγον τὸν περὶ ταῦτα ὀρθόν, ὁ δ' ἐγκρατὴς ὁ ἐπιθυμίας ἔχων φαύλας, τὸν δὲ λόγον τὸν περὶ ταῦτα ὀρθόν, ὥστ' ἀκολουθήσει τῷ σώφρονι ὁ ἐγκρατής, καὶ ἔσται σώφρων· ὁ μὲν γὰρ σώφρων ὁ μὴ πάσχων, ὁ δ' ἐγκρατὴς ὁ πάσχων καὶ τούτων κρατῶν ἢ οἷός τε ὢν πάσχειν.* Mendum profecto inest in verbis *ὥστ' ἀκολουθήσει—ἔσται σώφρων*, namque *σώφρων* praedicati locum habet, subiectum autem repetendum e superioribus *ὁ ἐγκρατής*. At si moderationem comitatur continentia, inde non efficitur ut sit *ὁ ἐγκρατὴς σώφρων*, id quod deinde scriptor distincte negat *διὸ οὐκ ἔστιν ὁ ἐγκρατὴς σώφρων*, sed vice versa ut sit *ὁ σώφρων ἐγκρατής*. Hoc recte interpres Latinus vel e textu quem habebat expressit, vel ex ingenio restituit: *proinde temperantem continens comitatur, eritque temperans continens.* Ad hanc sententiam facillime videntur Graeca verba restitui, si scripserimus *ὥστ' ἀκολουθήσει τῷ σώφρονι ὁ ἐγκρα-*

τής, καὶ ἔσται ἐγκρατὴς ὁ σώφρων. Cf. ᵇ13. p. 1201ᵃ10. Praeterea in extremo enunciationis vocabulo mendum inesse arbitror, neque enim is dicitur continens, qui moveri potest cupiditatibus (*οἷός τε ὢν πάσχειν*), sed qui quum moveatur eas reprimere et coercere valeat; itaque scriptum fuisse suspicor *κρατῶν ἢ οἷός τε ὢν πάσχων κρατεῖν*. Cf. Valla: *vel qui potest affici ita ut non succumbat*, et p. 1203ᵇ16. *ὁ ἐγκρατής ἐστι — τοιοῦτος — οἷος εἰ ἐγγένοιντο* (sc. *αἱ ἐπιθυμίαι*) *κατέχειν*.

II, 8. p. 1206ᵇ39. *οὔτε γὰρ ἂν εἴποι τις τὴν τύχην ὡς ἐστὶ φύσις. ἡ γὰρ φύσις ἀεὶ οὐ ἐστὶν αἰτία, τούτου ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ἢ ὡσαύτως ποιητική ἐστιν, ἡ δέ γε τύχη οὐδέποτε, ἀλλ' ἀτάκτως καὶ ὡς ἔτυχεν*. Definitio naturae manca est, neque enim natura plerumque vel eodem modo efficit quae efficit, sed *vel plerumque vel semper* eodem modo opus suum perficit. Itaque post *ἢ* addendum est *ἀεί*, quod fortasse latet in lectione cod. *Mᵇ*, ex quo Bekkerus adnotavit »*ἢ*] *καὶ* corr *Mᵇ*«, vel si displiceat quod *ἀεὶ* post *ἐπὶ τὸ πολὺ* posuimus, quum praeponi *ἀεὶ* et res ipsa et usus iubeat, scribendum erit *ἢ ἀεὶ ἢ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ὡσαύτως*. Cf. E. E. VII, 14. p. 1247ᵃ31. *ἀλλὰ μὴν ἥ γε φύσις αἰτία ἢ τοῦ ἀεὶ ὡσαύτως ἢ τοῦ ὡς ἐπὶ τὸ πολύ, ἡ δὲ τύχη τοὐναντίον*. Arist. Phys. II, 5. p. 196ᵇ10. et plurimos locos e Physicis et Metaphysicis.

II, 8. p. 1207ᵃ30. *ἔστιν οὖν ἡ εὐτυχία τῷ ἀγαθόν τι ὑπάρξαι παρὰ λόγον καὶ ἐν τῷ κακὸν μὴ λαβεῖν*

εὔλογον. Ipsa membrorum similitudo flagitare videtur ut scribatur *ἡ εὐτυχία ἐν τῷ ἀγαθόν τι κτλ.* Ita Valla.

II, 8. p. 1207^{b}12. Pro *αὐτῇ* recipiendum est in textum e cod. *K^b* et interprete Latino *αὕτη*, quod opponatur pronomini *ἐκείνης.*

II, 11. p. 1209^{a}5. *συνῆπται γάρ πως τἀγαθῷ τὸ αὑτῷ ἀγαθὸν καὶ τὸ φιλητέον τῷ φιλητῷ.* Nisi nimium negligentiae scriptori largiamur, post *τἀγαθῷ* addendum est *ἁπλῶς* vel scribendum *τῷ ἁπλῶς ἀγαθῷ.* Ita Valla: *Connectitur namque quodammodo per se bono sibi bonum et amandum amabili.* Cf. p. 1209^{a}1. *οὕτω καὶ φιλητὸν μὲν τὸ ἁπλῶς ἀγαθόν, φιλητέον δὲ τὸ αὑτῷ ἀγαθόν.* — Similiter iudicandum videtur de alio eiusdem capitis loco p. 1210^{a}21, ubi pro *συνοίσει*, ut grammatica verborum constructio constet, infinitivus *συνοίσειν* reponendus est, nisi forte, quod videtur vero similius, gravior quaedam corruptela in vocabulo *συνοίσει* latet.

II, 11. p. 1211^{b}27. *λέγω δ' οἷόν ἐστιν. ἔστι μὲν οὖν τὸ αὐτὸ τέλος τε καὶ ἐνέργεια, καὶ οὐκ ἄλλο τι παρὰ τὴν ἐνέργειαν τέλος.* Quod Bekkerus coniecit pro *οὖν* scribendum esse *ὧν*, egregie ut solet coniecit, sed nondum persanasse videtur locum hac emendatione. Omittendum praeterea est, quod iam Casaubonum praecepisse video, prius *εἶναι*, ut haec existat enunciati forma *λέγω δ' οἷον ἔστι μὲν ὧν τὸ αὐτὸ τέλος τε καὶ ἐνέργεια.* Cf. I, 35. p. 1197^{b}37.

λέγω δὲ οἷον εἰσὶν ἀρεταὶ καὶ φύσει ἐν ἑκάστοις ἐγγινόμεναι.

II, 16. p. 1213ᵇ4. πότερον δὲ πολλοὺς κτητέον φίλους ἢ ὀλίγους; οὔτε δὴ πολλοὺς ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν οὔτ' ὀλίγους δεῖ ἀεί. Quorsum spectet ἀεί, quasi alio tempore multos alio paucos quaeri oporteat, non assequor, praesertim quum deinde ipsa haec quaestio ita solvatur, ut nullo facto temporum discrimine omnino mediocritas quaedam commendetur. Itaque aut omittendum ἀεί ut omisit Valla, aut mutandum in εἶναι. Utrum praetuleris, et mutatio levis est et corruptelae origo facilis ad explicandum.

II, 17. p. 1213ᵇ27. ἔστι δὲ ἡ πατρὸς πρὸς υἱὸν φιλία ἐν ἀνίσῳ, ὁμοίως ἡ γυναικὸς πρὸς ἄνδρα ἢ οἰκέτου πρὸς δεσπότην, καὶ ὅλως δὲ χείρονος καὶ βελτίονος· οὐχ ἕξουσι δὲ τὰ τοιαῦτα ἐγκλήματα. ἀλλ' ἐν τοῖς ἴσοις φίλοις καὶ ἐν τῇ αὐτῇ φιλίᾳ τὸ τοιοῦτον ἔγκλημα. Si quis ad superiora attenderit, quum quidem exponitur in iis praecipue amicitiae generibus criminationes existere, quae dignitatis et officiorum aequitate contineantur, oppositionem per particulam δὲ significatam ab huius loci ratione alienam esse sentiet, quae conclusivam potius particulam desideret. Quapropter pro δὲ scribendum arbitror δή, quam particulam Valla fortasse in textu habuit, quod vertit *itaque*. Idem interpres Latinus illud quoque recte fecit, quod graviorem distinctionem ante οὐχ posuit, leviorem ante ἀλλ' ἐν. Denique in extremis verbis lene mendum tollendum videtur; scribendum est enim, ni fallor, ἐν τῇ τοιαύτῃ

φιλίᾳ, i. e. *ἐν τῇ ἐν ἴσοις φιλίᾳ*, pro *ἐν τῇ αὐτῇ φιλίᾳ*, syllaba *τοι* propter similitudinem antecedentis vocula *τῇ* facile potuit excidere.

ETHICA EUDEMIA.

I, 4. p. 1215 a 26. *διῃρημένων δὲ τῶν βίων καὶ τῶν μὲν ἀμφισβητούντων τῆς τοιαύτης εὐημερίας, ἀλλ' ὡς τῶν ἀναγκαίων χάριν σπουδαζομένων, οἷον τῶν περὶ τὰς τέχνας τὰς φορτικὰς — —, τῶν δ' εἰς ἀγωγὴν εὐδαιμονικὴν ταττομένων τριῶν ὄντων —, τρεῖς ὁρῶμεν καὶ τοὺς βίους ὄντας, οὓς οἱ ἐπ' ἐξουσίας τυγχάνοντες προαιροῦνται ζῆν ἅπαντες, πολιτικὸν φιλόσοφον ἀπολαυστικόν.* Ut appareat qua in re beatitas contineatur, diversa vitae genera recensenda et examinanda censet philosophus. Quum autem alia sint vitae genera, quae unice ad suppeditandas res necessarias pertineant neque quidquam ad bene vivendum conferant, alia quae bene beateque vivendi causa expetantur, in his quaerendam esse beatitatis naturam. Iam illa genera, quae in comparandis modo rebus necessariis versantur, his verbis describit *τῶν μὲν ἀμφισβητούντων τῆς τοιαύτης εὐημερίας, ἀλλ' ὡς τῶν ἀναγκαίων χάριν σπουδαζομένων.* Quo in enunciato quum extrema verba satis perspicua sint ac deinde exemplo *τῶν φορτικῶν καὶ*

βαναύσων τεχνῶν illustrentur, priora verba nec quid significent apparet, nec quomodo posteriora ita potuerint opponi, ut *ἀλλὰ* suam vim habeat. Verbi *ἀμφισβητεῖν τινός* vis explicanda videtur ex usu forensi, qui apud Athenienses obtinuit; dicitur enim *ἀμφισβητεῖν τοῦ κλήρου* qui hereditatem ita sibi vindicat, ut se filium vel nativum vel adoptivum demortui esse contendat. Inde translatum *ἀμφισβητεῖν τινός* omnino significabit sibi vindicare aliquid. Quodsi ad hunc locum de quo agimus refertur, dubium non est, quin addenda sit particula negativa *τῶν μὲν οὐδ' ἀμφισβητούντων κ. τ. ἑ.*, i. e. cum distincta sint inter se vitae genera et alia ne id quidem affectent vel sibi vindicent, ut talem felicitatem praebeant, sed unice in comparandis rebus necessariis occupentur. Interpres Latinus quid in textu habuerit non ausim divinare, quamquam negationem eum invenisse in textu ex ipsius versione probabile est.

I, 8. p. 1218ª16. Exposita beatitatis notione scriptor ad refellendam de ideis doctrinam se convertit, qua quidem in re quum aliis utitur argumentis tum hoc, quod contra ac par sit idearum auctores boni naturam demonstrent. *ἀνάπαλιν δὲ καὶ δεικτέον ἢ ὡς νῦν δεικνύουσι τὸ ἀγαθὸν αὐτό. νῦν μὲν γὰρ ἐκ τῶν ὁμολογουμένων ἔχειν τὸ ἀγαθόν, ἐξ ἐκείνων τὰ ὁμολογούμενα εἶναι ἀγαθὰ δεικνύουσιν, ἐξ ἀριθμῶν, ὅτι ἡ δικαιοσύνη καὶ ἡ ὑγίεια ἀγαθόν.* Mirum nisi cuivis lectori, paullulum modo attendenti ad argumentandi rationem et ipsam oppositionis vim, in mentem venerit scribendum esse *ἐκ τῶν μὴ ὁμο-*

λογουμένων. Etenim numeris inesse boni naturam nequaquam inter omnes convenit, atque ita quidem idearum auctores ex iis rebus, quae num boni naturam contineant dubitatur — ἐκ τῶν μὴ ὁμολογουμένων ἔχειν τὸ ἀγαθόν —, ea repetunt quae bona esse omnes consentiunt. Quodsi cui dubia videatur haec emendatio, conferat verba proxima δεῖ δὲ (i. e. oportet vero contra ac faciunt Platonici) ἐκ τῶν ὁμολογουμένων, οἷον ὑγιείας ἰσχύος σωφροσύνης, ὅτι καὶ ἐν τοῖς ἀκινήτοις (i. e. in numeris) μᾶλλον τὸ καλόν. Cf. praeterea M. M. I, 1. p. 1183 a 24—28. — Eandem coniecturam dubitanter proposuit Zeller plat. Stud. p. 280. n.

I, 8. p. 1218 b 21. Finis si est bonus, ex eo reliqua etiam bona esse demonstrantur, quae ad eum finem perducunt. τὸ δ' οὗ ἕνεκα ὡς τέλος ἄριστον καὶ αἴτιον τῶν ὑφ' αὐτὸ καὶ πρῶτον πάντων (b 10.) — ὅτι δ' αἴτιον τὸ τέλος — δηλοῖ ἡ διδασκαλία. ὁρισάμενοι γὰρ τὸ τέλος τἄλλα δεικνύουσιν ὅτι ἕκαστον αὐτῶν ἀγαθόν. αἴτιον γὰρ τὸ οὗ ἕνεκα. οἷον ἐπειδὴ τὸ ὑγιαίνειν τοδί, ἀνάγκη τόδε εἶναι τὸ συμφέρον πρὸς αὐτήν. Itaque si valetudo bonum esse censetur, bonorum in numero ea quoque habenda sunt, quae ad comparandam valetudinem necessario requirantur, ac valetudo his rebus salubribus, τοῖς ὑγιεινοῖς, causa est ut inter bona referantur. Sed ne quis forte obiiciat salubria potius causam esse valetudinis, quo sensu τὸ ὑγιεινὸν causa sit valetudinis scriptor proximis verbis monet τὸ δ' ὑγιεινὸν τῆς ὑγιείας αἴτιον ὡς κινῆσαν, καὶ τότε τοῦ εἶναι, ἀλλ' οὐ τὸ ἀγαθὸν εἶναι

τὴν ὑγίειαν. Salubre causa efficiens est valetudinis ac proinde efficit ut sit valetudo, non ut valetudo bonum quoddam sit. Hanc ut habeamus sententiam, ex universa argumentandi ratione necessariam, confirmatam eandem proximis verbis ἔτι οὐδὲ δείκνυσιν οὐθεὶς ὅτι ἀγαθὸν ἡ ὑγίεια, non dubito pro nominativo articuli reponere genitivum αἴτιον — τοῦ εἶναι, ἀλλ' οὐ τοῦ ἀγαθὸν εἶναι τὴν ὑγίειαν.

II, 1. p. 1219ᵃ20. τούτων δὲ τοῦτον τὸν τρόπον διωρισμένων, λέγομεν (fortasse λέγωμεν) ὅτι τὸ ἔργον τοῦ πράγματος καὶ τῆς ἀρετῆς, ἀλλ' οὐχ ὡσαύτως. Addendum est ταὐτὸ in priore enunciati membro ὅτι ταὐτὸ τὸ ἔργον τοῦ πράγματος καὶ τῆς ἀρετῆς. Emendationis veritas et ex ipso hoc enunciato cognoscitur, quoniam alioquin verba ἀλλ' οὐχ ὡσαύτως non habebunt quo referantur, et proximis verbis confirmatur, quum respiciens ad superiora scriptor dicit ὥστ' ἐπεὶ τὸ ἔργον ἀνάγκη ἓν καὶ ταὐτὸ εἶναι τῆς ψυχῆς καὶ τῆς ἀρετῆς. Cf. E. N. I, 6. p. 1098ᵃ8. τὸ δ' αὐτό φαμεν ἔργον εἶναι τῷ γένει τοῦδε καὶ τοῦδε σπουδαίου. Etiam Magnorum Moralium auctor eandem esse docet artem vel facultatem, per quam res quaelibet vel omnino fiat vel bona efficiatur. M. M. I, 3. p. 1184ᵇ17. ἐάν τις σκοπῇ ἐπὶ τῶν ἐπιστημῶν πασῶν, ὄψεται οὐκ ἄλλην μὲν ποιοῦσαν οἰκίαν, ἄλλην δὲ σπουδαίαν, ἀλλὰ τὴν οἰκοδομικήν. καὶ οὗ ποιητικὸς ὁ οἰκοδόμος, ἡ τούτου ἀρετὴ τοῦ αὐτοῦ τούτου ποιητική. Extrema quae attulimus verba manifesto manca sunt; erat enim dicendum, quod aedificator efficiat, idem per virtutem aedificatoris

recte ac bene fieri. Inde si scripserimus τοῦ αὐτοῦ τούτου εὖ ποιητική codicum etiam fidem ad confirmandam emendationem adhibere possumus, alter enim M^b pro ποιητική habet εὖ ποιητέον. Ceterum cf. E. N. I, 7. p. 1098^{a}11. κιθαριστοῦ μὲν γὰρ τὸ κιθαρίζειν, σπουδαίου δὲ τὸ εὖ. ^{a}14. σπουδαίου δ' ἀνδρὸς εὖ ταῦτα καὶ καλῶς. Particula εὖ, quam hoc loco alter e codd. servavit alter omisit, proximis in verbis ex utroque excidit. Quod enim legimus M. M. I, 4. p. 1184^{b}25. τὸ αὐτό γέ τοί φαμεν τήν τε ψυχὴν ποιεῖν καὶ τὴν τῆς ψυχῆς ἀρετήν. ἀλλ' ἡ μὲν ἀρετὴ ἐν ἑκάστῳ τοῦτο ποιεῖ οὗ ἐστὶν ἀρετή, ἡ δὲ ψυχὴ καὶ τἆλλα μέν, ψυχῇ δὲ ζῶμεν, διὰ τὴν τῆς ψυχῆς ἀρετὴν ἄρα εὖ ζήσομεν, apertum est ad τοῦτο ποιεῖ particulam εὖ addendam esse, τοῦτο εὖ ποιεῖ οὗ ἐστὶν ἀρετή. Quamquam ita nondum persanatus esse locus videbitur; verba enim ἡ δὲ ψυχὴ καὶ τἆλλα μέν quomodo vel construenda sint vel explicanda adeo non possum perspicere, ut donec meliora alius protulerit recidenda esse censeam ea, quae intelligi non possunt. Itaque hunc in modum enunciatio videtur scribenda esse: ἀλλ' ἡ μὲν ἀρετὴ ἐν ἑκάστῳ τοῦτο εὖ ποιεῖ οὗ ἐστὶν ἀρετή, ψυχῇ δὲ ζῶμεν, διὰ τὴν τῆς ψυχῆς ἀρετὴν ἄρα εὖ ζήσομεν.

Sed redeamus ad Eudemia. Ibi quae locum modo tractatum proxime sequuntur plus uno modo videntur depravata esse. Nam primum quidem quod scribitur II, 1. p. 1219^{a}24. ἔτι ἔστω ψυχῆς ἔργον τὸ ζῆν ποιεῖν, τοῦ δὲ χρῆσις καὶ ἐγρήγορσις, dubium non est quin pro particula καὶ ponendus sit

articulus ἡ, siquidem χρῆσις τοῦ ζῆν et ἐγρήγορσις non inter se distinguuntur, ut dici possit esse τοῦ ζῆν χρῆσις καὶ ἐγρήγορσις, sed in ipsa ἐγρηγόρσει continetur ἡ τοῦ ζῆν χρῆσις. Quare scribendum τοῦ δὲ χρῆσις ἡ ἐγρήγορσις. Cf. verba proxima ὁ γὰρ ὕπνος ἀργία τις καὶ ἡσυχία et ^{b}19. αἴτιον δ' ὅτι ἀργία ψυχῆς ὁ ὕπνος ἀλλ' οὐκ ἐνέργεια. E. N. I, 3. p. 1095^{b}32. M. M. I, 4. p. 1184^{b}31. sqq. coll. cum p. 1185^{a}9 sqq. — Gravius etiam perturbata sunt, quae deinceps in textu exhibentur. Philosophus enim postquam demonstravit, primum inter bona locum assignandum esse animi bonis, deinde idem genere opus esse quod facultas quaeque conficiat et quod eiusdem facultatis virtus, denique habitu praestantiorem esse actum, subducta quasi harum rationum summa beatitatis notionem conficit, quae cernatur in actu animi boni. — — ἔργον ἂν εἴη τῆς ἀρετῆς ζωὴ σπουδαία. τοῦτ' ἄρ' ἐστὶ τὸ τέλεον ἀγαθόν, ὅπερ ἦν ἡ εὐδαιμονία. δῆλον δὲ ἐκ τῶν ὑποκειμένων. ἦν μὲν γὰρ ἡ εὐδαιμονία τὸ ἄριστον, τὰ δὲ τέλη ἐν ψυχῇ καὶ τὰ ἄριστα τῶν ἀγαθῶν, αὐτὴ δὲ ἢ ἕξις ἢ ἐνέργεια. ἐπεὶ βέλτιον ἡ ἐνέργεια τῆς διαθέσεως καὶ τῆς βελτίστης ἕξεως ἡ βελτίστη ἐνέργεια, ἡ δ' ἀρετὴ βελτίστη ἕξις, τῆς ἀρετῆς ἐνέργεια ἢ τῆς ψυχῆς ἄριστον εἶναι. Grammaticam si spectaveris postremi enunciati rationem primum illud offendit, quod ab initio post ἐπεὶ nulla posita est coniungendi vel opponendi particula, veluti δέ, deinde in extremis verbis nominativus ἐνέργεια cum infinitivo εἶναι construi omnino nequit. Praeterea ad

sentententiam quod attinet particula comparativa ἢ in his verbis τῆς ἀρ. ἐν. ἢ τ. ψυχῆς, vix poterit explicari. His difficultatibus omnibus facillime videmur mederi posse emendata verborum distinctione et una litera immutata. δῆλον δὲ ἐκ τῶν ὑποκειμένων (ἦν μὲν γὰρ —, αὐτὴ δὲ ἡ ἕξις ἡ ἐνέργεια) ἐπεὶ βέλτιον — βελτίστη ἕξις, τῆς ἀρετῆς ἐνέργειαν τῆς ψυχῆς ἄριστον εἶναι.

II, 1. p. 1219ᵇ16. διὸ ἕτερον εὐδαιμονισμὸς καὶ ἔπαινος καὶ ἐγκώμιον· τὸ μὲν γὰρ ἐγκώμιον λόγος τοῦ καθ' ἕκαστον ἔργου, ὁ δ' ἔπαινος τοιοῦτον (fortasse τοῦ τοιοῦτον) εἶναι καθόλου, ὁ δ' εὐδαιμονισμὸς τέλος. Summum bonum, ad quod reliqua referuntur omnia, ipsa est εὐδαιμονία, non εὐδαιμονισμός; praedicatio vero, qua beatum aliquid esse profitemur, pertinet ad finem bonorum, ὁ δ' εὐδαιμονισμὸς τέλους. Sicuti enim ἐγκώμιον singula quaeque spectat opera ac facinora, quibus virtus conspicua est, et ἔπαινος universe virtutem unde orta sunt illa facinora, ita εὐδαιμονισμός summum bonum et finem bonorum. Genitivum τέλους pro τέλος etiam Latinus interpres in textu videtur habuisse, quum vertat *praedicatio autem finem intendit*; confirmant eandem coniecturam et verba superiora ᵇ11. διὰ τί ἡ εὐδαιμονία οὐκ ἐπαινεῖται; ὅτι διὰ ταύτην τἆλλα, ἢ τῷ εἰς ταύτην ἀναφέρεσθαι ἢ τῷ μόρια εἶναι αὐτῆς, et E. N. I, 12. p. 1101ᵇ25. οὐδεὶς γὰρ τὴν εὐδαιμονίαν ἐπαινεῖ καθάπερ τὸ δίκαιον, ἀλλ' ὡς θειότερόν τι καὶ βέλτιον μακαρίζει.

II, 1. p. 1219^b24. *ὅσον δὲ τοῦ μὴ κινεῖσθαι μετέχουσιν.* Omittendam esse negationem *μὴ* vel mutandam in *πῃ* praeceptum iam video a Casaubono, cui obsecuta est editio Tauchn. Veram ac necessariam eam esse emendationem apparet coll. E. N. I, 13. p. 1102^b9.

II, 1. p. 1220^a32. Quibus rebus virtus generatur, ad easdem vel perficiendas vel perferendas optime animum instruit, *οἷον πόνοι τε ἄριστοι καὶ τροφὴ ἀφ' ὧν γίνεται εὐεξία, καὶ ἀπὸ τῆς εὐεξίας πονοῦσιν ἄριστα,* praeterea iisdem rebus, voluptate maxime et dolore, pro diverso horum affectuum modo et augetur virtus et imminuitur. Haec omnia scriptor deinde complectitur his verbis: *καὶ ἡ ἀρετὴ ἄρα ἡ τοιαύτη διάθεσίς ἐστιν, ἣ γίνεταί τε ὑπὸ τῶν ἀρίστων περὶ ψυχὴν κινήσεων καὶ ἀφ' ἧς πράττεται τὰ ἄριστα τῆς ψυχῆς ἔργα, καὶ ὑπὸ τῶν αὐτῶν πῶς μὲν γίνεται πῶς δὲ φθείρεται. πρὸς ταῦτα ἡ χρῆσις αὐτῆς ὑφ' ὧν καὶ αὔξεται καὶ φθείρεται, πρὸς ἃ βέλτιστα διατίθησιν.* Corruptela inest verbis *πρὸς ταῦτα,* desideratur enim particula, qua hoc colon superiori adiungatur vel opponatur; ac praeterea, si sententiarum nexum attendimus, non fuisse dicendum apparet, ad *has* res pertinere usum virtutis, ex quibus vel crescat vel decrescat, sed ad *easdem.* Inde scribendum suspicor *πρὸς ταὐτὰ δὲ* vel *καὶ πρὸς ταὐτά.* Eandem rem prope iisdem verbis exponit Aristoteles E. N. II, 2. p. 1104^a27. *ἀλλ' οὐ μόνον αἱ γενέσεις καὶ αἱ αὐξήσεις καὶ αἱ φθοραὶ ἐκ τῶν αὐτῶν καὶ ὑπὸ τῶν αὐτῶν γίνονται, ἀλλὰ*

καὶ αἱ ἐνέργειαι ἐν τοῖς αὐτοῖς ἔσονται. Conferri etiam potest is locus e Magnis Moralibus, ubi de eadem re disputatur, I, 5. p. 1185^{b}16—32., quamquam ne is quidem integer esse a corruptela videtur. Quod enim ibi in textu exhibetur *ταῦτ' ἄρα καὶ αὔξει καὶ φθείρει τὴν ἀρετήν,* pro *ταῦτα* scribendum esse *ταὐτά,* quod Valla vertendo expressit, et ex locis paullo ante commemoratis et e proximis verbis M. M. apparet *ὑπὸ τῶν αὐτῶν ἄρα καὶ αὔξεται καὶ φθείρεται ἡ ἀρετή.*

II, 3. p. 1221^{a}19. 20. Rectissime Bekkerus contra codicum auctoritatem articulum *ὁ* ante *ἀκόλαστος* omisit, sed nec particula *καὶ* ante *ὁ ἐπιθυμητικὸς* retineri posse videbitur conferenti quae hunc locum et antecedunt proxime et subsequuntur. — II, 7. p. 1223^{b}25. *εἰ δ' ἀδύνατον τὸ αὐτὸ ἑκόντα καὶ ἄκοντα πράττειν ἅμα τὸ κατὰ τὸ αὐτὸ τοῦ πράγματος.* Pro *ἅμα τὸ κατὰ τὸ αὐτὸ τ. π.* scribendum videtur *ἅμα καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ τ. π.* Cf. Met. *B.* 3. p. 1005^{b}19. *τὸ γὰρ αὐτὸ ἅμα ὑπάρχειν τε καὶ μὴ ὑπάρχειν ἀδύνατον τῷ αὐτῷ καὶ κατὰ τὸ αὐτό.*

II, 8. p. 1224^{b}29 et 35. Quo clarius perspiciatur quid sponte facere dicamur, quid inviti et coacti, Eudemiorum auctor temperantiae et intemperantiae notiones ita adhibet, ut ex iis moveat primum difficultates et dubitationes, deinde easdem solvat, solutisque notiones *τοῦ ἑκουσίου* et *τοῦ ἀκουσίου* illustret. Quum enim et in temperante homine et in intemperante interna quaedam sit repugnantia cupiditatis et rationis, atque hae animi facultates

domestico quasi bello inter se confligant, uterque et temperans et intemperans vel sponte vel coactus agere videatur. Insita enim est a natura utraque et cupiditas et ratio — *ἐπεὶ καὶ φύσει ἀμφότερα ἔχομεν. καὶ γὰρ ὁ λόγος φύσει ἄρχων ἔτι ἐωμένης τῆς γενέσεως καὶ μὴ πηρωθείσης ἐνέσται, καὶ ἡ ἐπιθυμία, ὅτι εὐθὺς ἐκ γενετῆς ἀκολουθεῖ καὶ ἔνεστιν.* Pro *ἔτι* ut verborum constructio constet et orationis membra apte inter se opponantur, scribendum est cum cod. *M*ᵇ et Casaubono *ὅτι.* — Sed quoniam interna est utraque agendi causa et quae in cupiditatibus et quae in ratione continetur, neque extrinsecus homini accedit, idcirco notionem *τοῦ ἀκουσίου* ad illas animi partes seorsim spectatas referre poterimus, non ad universum hominem. *ἐπὶ μὲν οὖν τῶν μορίων ἐνδέχεται τοῦτο λέγειν* (sc. *ὅτι ἄκοντα πράττει*)· *ἡ δ' ὅλη ἑκοῦσα ψυχὴ καὶ τοῦ ἀκρατοῦς καὶ τοῦ ἐγκρατοῦς πράττει, βίᾳ δ' οὐδέτερος, ἀλλὰ τῶν ἐν ἐκείνοις τι.* (ᵇ26 sqq.) Haec verba si attente tenemus, inde explicationem accipient et emendationem quae paullo infra legimus: *ὥστε μὴ κατὰ φύσιν ἑκάτερος πράττει, ἁπλῶς δὲ κατὰ φύσιν ἑκάτερος, οὐ τὴν αὐτήν.* Immo *ἑκάτερον*, sc. *μόριον τῆς ψυχῆς, μὴ κατὰ φύσιν πράττει*, id quod antea dictum est *ἐπὶ τῶν μορίων ἐνδέχεται τοῦτο λέγειν* et *τῶν ἐν ἐκείνοις τι βίᾳ πράττει*, sed *ἑκάτερος*, et temperans et intemperans, *ἁπλῶς κατὰ φύσιν πράττει* (cf. supra *βίᾳ δ' οὐδέτερος*), *οὐ τὴν αὐτήν*, temperans enim suam sequitur naturam rationi obsecutus, item suam naturam sequitur intemperans cupi-

ditati parens, sed non eandem uterque. — Ita sublatis illis de temperantis et intemperantis libera voluntate difficultatibus, his verbis scriptor rem concludit II, 9. p. 1224[b]36. *αἱ μὲν οὖν περὶ τὸν ἐγκρατῆ καὶ ἀκρατῆ ἀπορίαι, περὶ τοῦ βίᾳ πράττειν ἢ ἀμφοτέρους ἢ τὸν ἕτερον, ὥστε ἢ μὴ ἑκόντας ἢ ἅμα βίᾳ καὶ ἄκοντας, εἰ δὲ τὸ βίᾳ ἑκούσιον, ἅμα ἑκόντας καὶ ἄκοντας πράττειν· σχεδὸν δὲ ἐκ τῶν εἰρημένων δῆλον ἡμῖν ὡς ἀπαντητέον.* In principio huius enunciati addendum est, quod manifesto desideratur, *αὗται μὲν οὖν αἱ,* vel *αὗται* post *ἀπορίαι* inserendum; quam enim rationem Latinus interpres ingressus est, ut *αἱ ἀπορίαι* construat cum verbo *ἀπαντητέον*, *quaestionibus — — ex dictis hactenus occurrendum,* eam per leges linguae non licet probare. Praeterea in verbis *ὥστε — πράττειν* corruptela inest adeo manifesta, ut eam a nemine sublatam esse iure mireris; etenim *τὸ βίᾳ* non est idem ac *τὸ ἑκούσιον,* sed idem ac *τὸ ἀκούσιον,* cf. si opus esse videatur [a]10. *τό τε γὰρ βίαιον ἀκούσιον, καὶ τὸ ἀκούσιον πᾶν βίαιον εἶναί φαμεν.* [b]3. *βίᾳ καὶ ἄκοντες.* [a]38. *ἑκὼν καὶ οὐ βίᾳ.* [b]1. *οὐ βίᾳ ἀλλ' ἑκών.* [b]10. *οὐ βίᾳ οὐδέτερος ἀλλ' ἑκών.* [b]21 — 23. M. M. I, 16. p. 1188[b]26. E. N. III, 1. p. 1109[b]35. Proinde scribendum est *ὥστε ἢ μὴ ἑκόντας ἢ ἅμα βίᾳ καὶ ἑκόντας, εἰ δὲ τὸ βίᾳ ἀκούσιον, ἅμα ἑκόντας καὶ ἄκοντας πράττειν.*

Alia de voluntatis libertate quaestio tum oritur, quum quis sponte quidem facit quae facit, sed tamen invitus et unice propterea ut aliud evitet in-

commodum. ἔτι ἴσως τούτων τὰ μὲν φαίη τις ἂν (sc. ἑκούσια εἶναι) τὰ δ' οὔ. ὅσα μὲν γὰρ ἐφ' αὐτῷ τῶν τοιούτων μὴ ὑπάρξαι ἢ ὑπάρξαι δεῖ, ὅσα πράττει ἃ μὴ βούλεται, ἑκὼν πράττει καὶ οὐ βίᾳ· ὅσα δὲ μὴ ἐφ' αὐτῷ τῶν τοιούτων, βίᾳ πως *), οὐ μέντοι γ' ἁπλῶς. (p. 1225ᵃ10.) Corruptelam inesse in verbo δεῖ recte iam Casaubonus adnotavit, sed quid in eius locum substituendum censeat significare omisit. Ac sane dubites utrum δεῖ omnino omittendum sit, an mutandum in ἀεὶ ex frequentissimo librariorum errore, vel in καί, quod ad sententiam aptissimum videtur. Quamcunque probaveris emendandi rationem, haec fere erit verborum sententia: Quando ex ipso suspensum est, num existat aliquod ex iis incommodis, ad quae evitanda invitum se quis agere ait, an non existat, tum licet non lubens faciat quae facit, sponte tamen facit non coactus; quando vero illud non pendet ex ipsius arbitrio, tum iure dicatur quodammodo, sed non plane ac simpliciter coactus esse. — Sed oportet, ait philosophus, illud incommodum quod quis evitare studet, maius quoddam esse et gravius. οὕτω γὰρ ἀναγκαζόμενος καὶ μὴ βίᾳ πράξει, ἢ οὐ φύσει, ὅταν κακὸν ἀγαθοῦ ἕνεκα ἢ μείζονος κακοῦ ἀπολύσεως πράττῃ. p. 1225ᵃ17. Negationem μὴ ante βίᾳ omittendam esse vel mutandam in ἤ, quod referatur ad proximum ἢ οὐ φύσει, et ex iis apparet quae paullo

*) Enclitice scripsi πως, quoniam particula est indefinita; circumflexerunt Cas. Bekk.

ante de notionibus τοῦ βίᾳ et τοῦ ἀκουσίου exposuimus, et confirmatur coll. p. 1224ᵃ39, 1225ᵃ2. 15., ubi coniunctum est βίᾳ καὶ ἀναγκαζόμενος.

II, 9. p. 1225ᵇ2. Quoniam neque ex cupiditatis neque ex electionis natura quid sit voluntarium determinari potest, philosophus quae ad intellectum et cogitationem pertineant indaganda censet, si quid inde ad definiendam notionem τοῦ ἑκουσίου repeti possit. δοκεῖ δὴ ἐναντίον εἶναι τὸ ἑκούσιον τῷ ἀκουσίῳ, καὶ τὸ εἰδότα ἢ ὃν ἢ ᾧ ἢ οὗ ἕνεκα. ἐνίοτε γὰρ οἶδε μὲν ὅτι πατήρ, ἀλλ' οὐχ ἵνα ἀποκτείνῃ ἀλλ' ἵνα σώσῃ, ὥσπερ αἱ Πελιάδες ἤτοι ὡς ὅτι μὲν πόμα, ἀλλ' ὡς φίλτρον καὶ οἶνον· τὸ δ' ἦν κώνειον. τῷ δ' ἀγνοοῦντι καὶ ὃν καὶ ᾧ καὶ ὅ, δι' ἄγνοιαν, μὴ κατὰ συμβεβηκός. Locus manifesto corruptus. Primum enim ad τὸ εἰδότα desideratur quod ei contrarium sit; neque enim τῷ ἀκουσίῳ e superioribus cogitatione repetere in animum inducet, qui reputaverit id ipsum postea demum ratiocinando demonstrari. Deinde qui fieri potest, ut τῷ δ' ἀγνοοῦντι — συμβεβηκός per se enunciatum plenum et integrum efficiant. Vix in ullo scriptore Graeco, praeterquam in libris Aristotelicis, quorum obscuritas quidlibet excusare videtur, talia hodie typis descripta reperias. Ac facillimum erat utrique incommodo mederi; recepta enim lectione cod. *P*ᵇ, in quo particula δ' post τῷ omittitur, ea verba parenthesi includenda erant, quae unice explicando afferendisque exemplis inserviunt. δοκεῖ δὴ ἐναντίον εἶναι τὸ ἑκούσιον τῷ ἀκουσίῳ, καὶ τὸ εἰδότα ἢ ὃν ἢ ᾧ ἢ οὗ ἕνεκα (ἐνίοτε γὰρ

— — ἦν κώνειον) τῷ ἀγνοοῦντι καὶ ὃν καὶ ᾧ καὶ ὅ κτλ. Residet quidem etiam sic corruptela in verbis ἤτοι ὡς ὅτι μὲν, sed eam qua probabili ratione tollam non video. Ceterum de exemplo veneni invite dati cf. M. M. I, 16. p. 1188ᵇ31.

II, 10. p. 1226ᵃ2. Infinitivus εἶναι, qui verborum constructionem perturbat, vel omittendus est, ut perperam iteratus esse videatur ex p. 1225ᵇ37. propter similitudinem vocabulorum antecedentium, vel mutandus in ἦν. — II, 10. p. 1226ᵃ14. βούλεται δέ γε μάλιστα τὸ τέλος καὶ δοξάζειν δεῖν καὶ ὑγιαίνειν καὶ εὖ πράττειν. Legendum est καὶ δοξάζει δεῖν. Cf. ᵃ4. οὐδὲ δὴ ἡ τῶν ἐφ' αὑτῷ ὄντων πρακτῶν δόξα, ᾗ τυγχάνομεν οἰόμενοι δεῖν τι πράττειν ἢ οὐ πράττειν.

II, 10. p. 1226ᵇ2. sqq. ἐπειδὴ οὖν οὔτε δόξα οὔτε βούλησίς ἐστι προαίρεσις, ἐστὶν ὡς ἑκάτερον, οὐδ' ἄμφω. ἐξαίφνης γὰρ προαιρεῖται μὲν οὐθείς, δοκεῖ δὲ πράττειν καὶ βούλονται. ὡς ἐξ ἀμφοῖν ἄρα· ἄμφω γὰρ ὑπάρχει τῷ προαιρουμένῳ ταῦτα. ἀλλὰ πῶς ἐκ τούτων σκεπτέον. Quae sit in universum horum verborum sententia vix potest dubitari; ἡ προαίρεσις, id quod antea est demonstratum, neque volendo neque opinando simpliciter continetur; sed quoniam nec seiunctum est vel velle vel opinari a προαιρέσει, quaerendum est quomodo ex coniunctis his duobus existat προαίρεσις. Sed in ipsis verbis multa insunt quae dubitationem afferant. Ac primum quidem subiectum προαίρεσις, quum non unum quoddam consilium denotet, sed ipsam con-

silii naturam et notionem, de qua antea iam uberius disputatum est, vix potuit sine articulo poni. Deinde si textum retinemus, qualis etiam a Bekkero exhibetur, verba *ἐστὶν ὡς ἑκάτερον* apodosin enunciati efficient; quod quomodo ferri possit, quum manifestae philosophi sententiae plane oppositum sit, alii viderint. Utraque difficultas tolli potest servata codicum auctoritate, si obsecuti alteri codici *P*b *ἐστι προαίρεσις* omiserimus, et universam enunciationem hunc distinxerimus in modum: *ἐπειδὴ οὖν οὔτε δόξα οὔτε βούλησίς ἐστιν ὡς ἑκάτερον οὐδ' ἄμφω (ἐξαίφνης γὰρ προαιρεῖται μὲν οὐθείς, δοκεῖ δὲ πράττειν καὶ βούλονται), ὡς ἐξ ἀμφοῖν ἄρα· ἄμφω κτλ.* i. e. Quoniam *ἡ προαίρεσις* (hoc enim subiectum ex universa disputatione facile suppletur) neque idem est atque opinio neque idem ac voluntas, sive ea singula spectes sive ambo, siquidem nemo extemplo consilium capit licet extemplo vel opinionem vel desiderium concipiat, apparet *τὴν προαίρεσιν* ex utroque mixtam esse. Veram scriptoris sententiam hac emendatione nos assecutos esse, cognosci potest ex eo loco Magnorum Moralium, qui ex hoc ipso petitus est. I, 17. p. 1189a22. *ἐπεὶ οὖν καθ' ἕκαστον τούτων οὐδέν ἐστιν ἡ προαίρεσις, ταῦτα δ' ἐστὶ τὰ ἐν τῇ ψυχῇ γινόμενα, ἀνάγκη συνδυαζομένων τινῶν τούτων εἶναι τὴν προαίρεσιν.*

II, 10. p. 1226b15. *εἰ δὴ προαιρεῖται μὲν μηθεὶς μὴ παρασκευασάμενος μηδὲ βουλευσάμενος ἢ χεῖρον ἢ βέλτιον, βούλεται δ' ὅσα ἐφ' ἡμῖν ἐστὶ τῶν*

δυνατῶν καὶ εἶναι καὶ μή *), *τῶν πρὸς τὸ τέλος, δῆλον ὅτι ἡ προαίρεσις μέν ἐστιν ὄρεξις τῶν ἐφ' αὐτῷ βουλευτική.* Recte Casaubonus pro *βούλεται* scribendum esse censuit *βουλεύεται.* Duae enim protases, ex quibus notio *τῆς προαιρέσεως* colligitur, ita demum recte cohaerebunt et se excipient altera alteram, si pro *βούλεται* scribitur *βουλεύεται.* Atque constanti usu apud Aristotelem et eius scholam *βούλεσθαι* et *βουλεύεσθαι* ita discernuntur, ut sit *βούλησις τοῦ τέλους, βούλευσις τῶν πρὸς τὸ τέλος.* Cf. E. E. p. 1226 a 13—16, b 9—11. M. M. I, 17. p. 1189 a 10. E. N. III, 4. p. 1111 b 26, III, 6. p. 1113 a 15, III, 5. p. 1112 b 11. *βουλευόμεθα δ' οὐ περὶ τῶν τελῶν ἀλλὰ περὶ τῶν πρὸς τὰ τέλη,* p. 1112 b 33.

Exposita definitione *τοῦ προαιρεῖσθαι* notiones *τοῦ βούλεσθαι* et *τοῦ προαιρεῖσθαι* ita inter se comparat philosophus, ut illam latius patere, hanc artioribus finibus includi doceat. *ἅπαντες γὰρ βουλόμεθα ἃ καὶ προαιρούμεθα, οὐ μέντοι γε ἃ βουλόμεθα, πάντα προαιρούμεθα.* (p. 1226 b 17.) Pro *ἅπαντες* sine dubio scribendum est *ἅπαντα,* quod et flagitare videtur oppositionis vis ac natura, et commendant loci simillimi, quibus notiones latioris et artioris ambitus inter se comparantur, veluti b 35. *καὶ τὰ μὲν κατὰ προαίρεσιν πάντα ἑκούσια εἶναι, τὰ δ' ἑκούσια μὴ πάντα*

---

*) Commate distinxi, quo magis appareat verba *τῶν πρὸς τὸ τέλος* per appositionem pertinere ad *τῶν δυνατῶν*, neve quis ea verba cum particulis *καὶ μὴ* coniungat, quod interpretem Latinum videmus fecisse.

κατὰ προαίρεσιν. VII, p. 1241 a 12. *ὁ μὲν γὰρ φίλος πᾶς εὔνους, ὁ δ' εὔνους οὐ πᾶς φίλος.* — Nec proxima verba prorsus integra a corruptela esse arbitror; quod enim scribitur b 21. *διὸ οὔτε ἐν τοῖς ἄλλοις ζῴοις ἐστὶν ἡ προαίρεσις, οὔτε ἐν πάσῃ ἡλικίᾳ, οὔτε παντὸς ἔχοντος ἀνθρώπου,* quid sibi velit *πᾶς ἔχων ἄνθρωπος* difficile est dictu. Nam si quis ad *ἔχοντος* cogitatione repetat *προαίρεσιν,* quod quidem debebit facere qui vulgatam scripturam defendere voluerit, admodum contortum erit dicere *οὐκ ἔστιν ἡ προαίρεσις παντὸς ἀνθρώπου, καίπερ ἔχοντος προαίρεσιν,* nimirum potentia, non actu. Sed quid multa? Scribendum est *οὔτε πάντως ἔχοντος ἀνθρώπου.* Cf. Arist. Met. Z, 10. p. 1035 b 24. *οὐδὲ γὰρ ὁ πάντως ἔχων δάκτυλος ζῴου.*

II, 11. p. 1228 a 11 sqq. *ἔτι πάντας ἐπαινοῦμεν καὶ ψέγομεν εἰς τὴν προαίρεσιν βλέποντες μᾶλλον ἢ εἰς τὰ ἔργα (καίτοι αἱρετώτερον ἡ ἐνέργεια τῆς ἀρετῆς), ὅτι πράττουσι μὲν φαῦλα καὶ ἀναγκαζόμενοι, προαιρεῖται δ' οὐδείς.* Parenthesis signa addidi, quo facilius perspiciatur enunciati conformatio; reliqua sicuti scripsi exhibentur in utroque codice a Bekkero collato. Bekkerus quod nihilominus, secutus ut videtur superiores editiones, pro *ὅτι* scripsit *ἔτι,* puncto maximo ante *ἔτι* posito, manifesto loci sententiam perturbavit; nihil enim novi affertur extremis his verbis, sed tantum causa demonstratur, cur in iudicandis et aestimandis hominum moribus consilia eorum magis spectemus quam ipsas res factas.

Tertio libro Eudemiorum auctor de singulis virtutibus exponere suscipit, ac primum quidem de fortitudine disputat. *σχεδὸν δὴ δοκεῖ πᾶσιν ὅ τ' ἀνδρεῖος εἶναι περὶ φόβους, καὶ ἡ ἀνδρεία μία τῶν ἀρετῶν. διείλομεν δ' ἐν τῇ διαγραφῇ πότερον θράσος καὶ φόβος ἐναντία.* (III, 1. p. 1228[a]28.) Scribendum potius est *διείλομεν δ' ἐν τῇ διαγραφῇ* πρότερον *θράσος καὶ* φόβον *ἐναντία.* Cf. III, 2. p. 1230 [b]12. *διεγράψαμεν δὲ πρότερον πῶς τὴν ἀκολασίαν ὀνομάζοντες μεταφέρομεν.* E. N. III, 9. p. 1115[a]6. *ὅτι μὲν οὖν μεσότης ἐστὶ περὶ φόβους καὶ θάρρη, ἤδη καὶ πρότερον εἴρηται.*

Fortitudo cernitur in sustinendis iis rebus, quae animos metu afficiunt. *καὶ ὁ μὲν* (sc. *ἀνδρεῖος*) *ὑπομένει τὰ φοβερὰ σφόδρα, ὁ δὲ* (sc. *δειλός*) *οὐδὲ τὰ ἠρέμα. ποῖα οὖν ὑπομένει ὁ ἀνδρεῖος πρῶτον; πότερον τὰ αὑτῷ φοβερὰ ἢ τὰ ἑτέρῳ.* (III, 1. p. 1228[b]10.) Vocabulum *πρῶτον*, sicuti locus vulgo et scriptus et distinctus exhibetur, ferri non posse persuasum habeo. Sive enim *πρῶτον* ad *ὑπομένει* ita construitur ut significet, *qualia vir fortis primum* i. e. *potissimum ac maxime sustinet*, ea quidem sententia neque cum usitata vi vocabuli *πρῶτον*, neque cum universa hac disputandi ratione satis concinet; sive quispiam *πρῶτον* ad disputandi ordinem et seriem referri maluerit hunc in modum, *ac primum quidem videamus, qualia vir fortis sustineat*, dicendum profecto erat *πρῶτον μὲν οὖν ποῖα ὑ. ὁ. ἀνδρεῖος.* Sed de emendandi ratione nihil pro certo contendam; etenim vel omittendum est *πρῶτον*, ut est omissum in cod. *P*[b].

vel in vocabulo πρῶτον latere potest τῶν φοβερῶν, ποῖα οὖν ὑπομένει ὁ ἀνδρεῖος τῶν φοβερῶν cf. E. N. III, 9. p. 1115ᵃ24. περὶ ποῖα οὖν τῶν φοβερῶν ὁ ἀνδρεῖος, vel denique, quae lenissima est medela, distinctione posita post ἀνδρεῖος, πρῶτον referri potest ad proxima πρῶτον πότερον τὰ κτλ., subiungitur enim postea p. 1228ᵇ38., quamvis non addita particula ἔπειτα vel simili enumerationis signo, alia quaestio ad definiendas eas res terribiles, quas vir fortis sustineat.

Quaestionem modo propositam, utrum quae sibi an quae aliis terribilia sint vir fortis sustineat, proximis verbis sic persequitur philosophus: εἰ μὲν δὴ τὰ ἑτέρῳ φοβερά, οὐθὲν σεμνὸν φαίη ἄν τις εἶναι· εἰ δὲ τὰ αὑτῷ, εἴη ἂν αὑτῷ μεγάλα καὶ φοβερὰ φόβου ποιητικὰ ἑκάστῳ ᾧ φοβερά, οἷον εἰ μὲν σφόδρα φοβερά, εἴη ἂν ἰσχυρὸς ὁ φόβος, εἰ δ' ἠρέμα, ἀσθενής. Verba εἴη ἂν αὑτῷ — ᾧ φοβερά aperte sunt depravata, sed neque ex interprete Latino, qui pro suo arbitrio videtur verba vertisse, genuinam scripturam eruas, nec multum lucreris ad eam reperiendam e lectione cod. *Pb*, qui pro καὶ exhibet καὶ πολλά. Videtur autem depravatio orta esse ex eiusdem vocabuli iteratione, ut scriptum fuisse censeamus εἰ δὲ τὰ αὑτῷ, εἴη ἂν αὑτῷ μεγάλα καὶ φοβερά. τὰ δὲ φοβερὰ φόβου ποιητικὰ ἑκάστῳ ᾧ φοβερά. Hunc in modum si locum restituerimus, aptissime praeparatur conclusio ὥστε συμβαίνει τὸν ἀνδρεῖον μεγάλους φόβους καὶ πολλοὺς ποιεῖσθαι. (ᵇ15.) — Ac similem quidem scribendi festinationem paullo

infra in causa fuisse arbitror, ut librarii eorundem vocabulorum iteratione decepti aberrarent et nonnulla omitterent. Comparantur fortes et ignavi cum iis qui bona vel mala valetudine utuntur; illi enim maiora hi minora, quam vulgus hominum, incommoda et corporis affectiones sustinent. *οἱ μὲν οὖν νοσώδεις καὶ ἀσθενεῖς καὶ δειλοὶ καὶ ὑπὸ τῶν κοινῶν παθημάτων πάσχουσί τι, πλὴν θᾶττόν τε καὶ μᾶλλον ἢ οἱ πολλοί· καὶ ἔτι ὑφ' ὧν οἱ πολλοὶ πάσχουσιν, ὑπὸ τούτων ἀπαθεῖς ἢ ὅλως ἢ ἠρέμα* (p. 1228^{b}37.) Extremis verbis quod aegroti et infirmi et ignavi iis malis non moveri dicuntur, quibus plerique afficiantur, falso de ignavis praedicari quod ad fortes potius et validos pertineat luce est clarius. Iam facillimum quispiam censuerit transpositis paucis verbis scribere *καὶ ἔτι ὑφ' ὧν οἱ πολλοὶ ἀπαθεῖς ἢ ὅλως ἢ ἠρέμα, ὑπὸ τούτων πάσχουσι.* Sed quum antea quae de infirmis praedicantur a particula *μέν* incipiant, ut alia postea opponi iure exspectes, longe est probabilius omissa esse post *ἢ οἱ πολλοί* nonnulla huius fere sententiae: *οἱ δ' ὑγιεινοὶ καὶ ἰσχυροὶ καὶ ἀνδρεῖοι ὑπὸ τῶν μεγίστων πάσχουσιν, ἀλλὰ βραδύτερόν τε καὶ ἧττον ἢ οἱ πολλοί,* quibus cum verbis aptissime coniungetur *καὶ ἔτι ὑφ' ὧν οἱ πολλοὶ πάσχουσιν, ὑπὸ τούτων ἀπαθεῖς ἢ ὅλως ἢ ἠρέμα.* Festinanti autem librario facile accidere potuit, ut quum iterata essent verba *ἢ οἱ πολλοί,* a superioribus statim ad inferiora oculis aberraret.

Cum ea fortitudine, quae suo iure hoc nomen sibi vindicat, alia quaedam genera comparantur,

quae quum non ipsam contineant fortitudinis naturam, tamen similitudine quadam cum ea cohaerent. *δευτέρα ἡ στρατιωτική* (sc. *ἀνδρεία ἐστίν*)· *αὕτη δὲ δι' ἐμπειρίαν καὶ τὸ εἰδέναι, οὐχ ὥσπερ Σωκράτης ἔφη, τὰ δεινά, ἀλλ' ὅτι τὰς βοηθείας τῶν δεινῶν.* (p. 1229ª 15.) Labantem extremorum verborum constructionem facillime restitui censeas omissa particula *ὅτι,* sed si contuleris eiusdem capitis locum simillimum p. 1230ª 6. *αὐτὸ γὰρ τοὐναντίον ἔχει ἢ ὡς ᾤετο Σωκράτης, ἐπιστήμην οἰόμενος εἶναι τὴν ἀνδρίαν. οὔτε γὰρ διὰ τὸ εἰδέναι τὰ φοβερὰ θαρροῦσιν οἱ ἐπὶ τοὺς ἱστοὺς ἀναβαίνειν ἐπιστάμενοι, ἀλλ' ὅτι ἴσασι τὰς βοηθείας τῶν δεινῶν,* probabilius videbitur post *ἀλλ' ὅτι* inseri *ἴσασι.* Cf. praeterea p. 1230ᵇ 14. *ἴσασι γὰρ τὰς βοηθείας.*

Fortitudo cernitur in sustinendis iis doloribus, quibus ipsa vita in discrimen adducitur. p. 1229ᵇ 2. *διὸ καὶ σφόδρα τινὲς ὄντες μαλακοὶ περὶ ἔνια ἀνδρεῖοί εἰσι, καὶ ἔνιοι σκληροὶ καὶ καρτερικοὶ καὶ δειλοί.* Omitte *καὶ* ante *δειλοί,* ut omisit interpres Latinus.

Non omnia sustinet vir fortis; sed ea quibus sustinendis natura humana sufficit, *τὰ σύμμετρα πρὸς ἄνθρωπον. ἔνια γὰρ ἀνάγκη παντὶ φαίνεσθαι ἀνθρώπῳ φοβερὰ καὶ διαταράττειν. οὐθὲν γὰρ κωλύει, ὥσπερ θερμὰ καὶ ψυχρὰ καὶ τῶν ἄλλων δυνάμεων ἐνίας ὑπὲρ ἡμᾶς εἶναι καὶ τὰς τοῦ ἀνθρωπίνου σώματος ἕξεις, οὕτω καὶ τῶν περὶ τὴν ψυχὴν παθημάτων οἱ μὲν δειλοὶ καὶ θρασεῖς διαψεύδονται διὰ τὰς ἕξεις.* (p. 1229ᵇ 21.) Graviore distinctione incidendum est post *παθημάτων,* quod fecerunt Casaubonus et

interpres Latinus et ed. Tauchn., quia verba *οὕτω κ. τ. π. τ. ψ. παθημάτων* ita suspensa sunt ab *οὐθὲν κωλύει,* ut non possint simul coniungi cum *οἱ μὲν δειλοὶ κ. θ. διαψεύδονται.* Posito autem puncto post *παθημάτων* coniungendi particula post *οἱ μὲν* addenda erit, *οἱ μὲν οὖν δειλοὶ κτλ.* Similem lectionem interpres Latinus vel invenisse in textu vel ex ingenio posuisse videtur, quod vertit *timidi enim et audaces — decipiuntur.*

Exposita fortitudinis natura altero capite, III, 2., philosophus ad explicandam temperantiam transit, quam medium locum tenere docet inter *ἀκολασίαν* et *ἀναισθησίαν. ἐπεὶ δ' ἔστιν ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις περὶ αὐτά* (i. e. *τὰ ποιητικὰ λύπης καὶ ἡδονῆς*), *δῆλον ὅτι καὶ μεσότης, καὶ βελτίστη αὕτη ἡ ἕξις, καὶ ἀμφοῖν ἐναντία. ὥστε σωφροσύνη ἡ βελτίστη ἕξις, περὶ ἃ ὁ ἀκόλαστος, ἡ περὶ τὰ ἡδέα τὰ εἰρημένα τῶν αἰσθητῶν μεσότης, σωφροσύνη ἂν εἴη, μεσότης οὖσα ἀκολασίας καὶ ἀναισθησίας.* (p. 1231 a 36.) Verba manifesto depravata; quis enim ferri posse dicat *σωφροσύνη σωφροσύνη ἂν εἴη.* Addendum *ἐπεὶ ἡ* post *ὥστε* et sic distinguendum: *ὥστε ἐπεὶ ἡ σωφροσύνη ἡ βελτίστη ἕξις περὶ ἃ ὁ ἀκόλαστος, ἡ περὶ τὰ ἡδέα τὰ εἰρημένα τῶν αἰσθητῶν μεσότης σωφροσύνη ἂν εἴη, μεσότης οὖσα ἀκολασίας καὶ ἀναισθησίας.* Prorsus eadem ratione et iisdem prope verbis mansuetudinem in mediocritate quadam cerni scriptor docet III, 3. p. 1231 b 24. *ὥστε ἐπεὶ καὶ πραότης ἡ βελτίστη ἕξις περὶ ταῦτα τὰ πάθη ἐστίν, εἴη ἂν καὶ ἡ πραότης μεσότης τις κτλ.* Cf. praeterea eandem et argumen-

tandi rationem et enunciati formam III, 1. p. 1228 a 36. III, 4. p. 1231 b 33. III, 5. p. 1233 a 4. M. M. I, 22. p. 1191 a 38—65.

III, 5. p. 1232 a 20. *περὶ δὲ μεγαλοψυχίας ἐκ τῶν τοῖς μεγαλοψύχοις ἀποδιδομένων δεῖ διορίσαι τὸ αἴτιον.* Non causam magnanimitatis exponere philosophus suscipit, sed illud ostendere parat, quod proprium est et peculiare magnanimitati, *τὸ ἴδιον.* Facile enim cum aliis vel virtutibus vel affectionibus animi magnanimitas permiscetur, quod proximis verbis scriptor monet *ὥσπερ γὰρ καὶ τὰ ἄλλα κατὰ τὴν γειτνίασιν καὶ ὁμοιότητα μέχρι τοῦ λανθάνειν πόρρω προϊόντα, καὶ περὶ τὴν μεγαλοψυχίαν ταὐτὸ συμβέβηκεν.* Cf. praeterea ex eodem capite p. 1232 b 9. *καὶ τὸ ὀλίγωρον τοῦ μεγαλυψύχου μάλιστ' εἶναι πάθος ἴδιον.* b 25. *ἀλλ' ὅμως ἔστι τις παρὰ τὰς ἄλλας ἀρετὰς μία μεγαλοψυχία, ὥσπερ καὶ ἰδίᾳ μεγαλόψυχον,* et III, 1. p. 1229 b 3.

Inter eas virtutes, quae in usu et consuetudine hominum cernuntur, est etiam *εὐτραπελία,* urbanitas, quam qui assecutus est is et iocose apteque dictis gaudet et ipse talia ad colloquium confert, et *μέσος ἔσται τοῦ φορτικοῦ καὶ τοῦ ψυχροῦ. ὁ δ' ὅρος οὗτος βελτίων ἢ τὸ λυπηρὸν εἶναι τὸ λεχθὲν τῷ σκωπτομένῳ ὄντι ὁποιῳοῦν· μᾶλλον γὰρ δεῖ τῷ ἐν μεσότητι ὄντι ἀρέσκειν· οὗτος γὰρ κρίνει εὖ.* (III, 7. p. 1234 a 21.) Scribendum esse *ἢ τὸ μὴ λυπηρὸν εἶναι* et ex ipsa rei natura apparet, et evincitur coll. E. N. IV, 14. p. 1128 a 25. *πότερον οὖν τὸν εὖ σκώπτοντα ὁριστέον τῷ λέγειν ἃ πρέπει ἐλευθερίῳ, ἢ*

τῷ μὴ λυπεῖν τὸν ἀκούοντα, ἢ καὶ τέρπειν; ἢ καὶ τό γε τοιοῦτον ἀόριστον; ἄλλο γὰρ ἄλλῳ μισητόν τε καὶ ἡδύ.

III, 7. p. 1234 b 8 sqq. Virtuti in mediocritate affectionum positae licet utrumque opponatur vitium quod ex eiusdem affectionis vel excessu vel defectu oritur, tamen non ubique perinde utrumque vitium est oppositum. *αἴτια δὲ τά τε πρῶτα ῥηθέντα δύο, ὀλιγότης τε, οἷον τῶν πρὸς τὰ ἡδέα ἀναισθήτων, καὶ ὅτι ἐφ' ὃ ἁμαρτάνομεν, μᾶλλον τοῦτο ἐναντιώτερον εἶναι δοκεῖ.* Mira quadam erroris constantia in editionibus ante *μᾶλλον* distinctum est, quum distinguendum sit post *μᾶλλον.* Cf. II, 5. p. 1222 a 39. *ἐναντίαν δὲ τίθεμεν τὴν ἕξιν ἐφ' ἥν τε ἁμαρτάνομεν μᾶλλον καὶ ἐφ' ἣν οἱ πολλοί.* III, 2. p. 1230 b 17. *διὰ τὸ πάντας ἐπὶ θάτερον ἁμαρτάνειν μᾶλλον.* M. M. I, 9. p. 1186 b 26. *οἷον πρὸς ἃ μᾶλλον πεφύκαμεν, ταῦτα μᾶλλον ἐναντία τῷ μέσῳ.* ibid. b 29. E. N. II, 8. p. 1109 a 13. *πρὸς ἃ γὰρ αὐτοὶ μᾶλλον πεφύκαμέν πως, ταῦτα μᾶλλον ἐναντία τῷ μέσῳ φαίνεται.* — Accedit tertia huius discriminis causa *τὸ δὲ τρίτον, ὅτι τὸ ὁμοιότερον ἧττον ἐναντίον φαίνεται, οἷον πέπονθε τὸ θάρσος πρὸς τὸ θράσος καὶ ἀσωτία πρὸς ἐλευθεριότητα.* Pro verbis *πρὸς τὸ θράσος* necessario est scribendum *πρὸς τὴν ἀνδρείαν* (interpres Latinus habet *ut audacia ad fortitudinem*), licet haec coniectura nulla commendetur vel literarum similitudine vel alia mutandi proclivitate. Cf. E. N. II, 8. p. 1109 a 6. *τῷ γὰρ ἐγγύτερον εἶναι καὶ ὁμοιότερον τὸ ἕτερον ἄκρον τῷ μέσῳ, οὐ τοῦτο ἀλλὰ τοὐναντίον*

ἀντιτίθεμεν μᾶλλον, οἷον ἐπεὶ ὁμοιότερον εἶναι δοκεῖ τῇ ἀνδρείᾳ ἡ θρασύτης καὶ ἐγγύτερον, ἀνομοιότερον δ' ἡ δειλία, ταύτην μᾶλλον ἀντιτίθεμεν.

VII, 1. p. 1234 b 20. *περὶ φιλίας, τί ἐστι καὶ ποῖόν τι —, καὶ πότερον μοναχῶς λέγεται ἡ φιλία ἢ πλεοναχῶς, καὶ εἰ πλεοναχῶς, πόσα ἐστίν, — ἐπισκεπτέον.* Nisi tantum negligentiae largiri velis huic scriptori, quantum vix alii ulli, pro *πόσα ἐστίν* aut scribendum est *ποσαχῶς* aut *πόσα ἐστὶν εἴδη.* Illud commendari potest frequenti Metaphysicorum usu, quorum quintus liber (*Δ*) significari solet *τὰ περὶ τοῦ ποσαχῶς,* hoc ut confirmetur conferri potest VII, 2. p. 1236 a 16. *ἀνάγκη ἄρα τρία φιλίας εἴδη εἶναι.* a 30. *ἔστι δὲ πολλὰ εἴδη φιλίας.* 5. p. 1240 a 4. *πόσα μὲν οὖν εἴδη φιλίας* et al.

VII, 1. p. 1235 a 29. Expositis duabus de amicitia sententiis, quum quidem alii similes similibus, alii contrarios contrariis iungi amicitia contendant, philosophus ut his remotis propius ad ipsam rei naturam accedat haec scribit: *δύο μὲν αὗται δόξαι περὶ φιλίας εἰσί, λίαν τε καθόλου κεχωρισμέναι τοσοῦτον, ἄλλαι δὲ ἤδη ἐγγυτέρω καὶ οἰκεῖαι τῶν φαινομένων.* Ex particula *τε* apparet duo esse vitia, quae scriptor reprehendere voluerit in sententiis antea expositis. Ac commemorat sane duo vitia, alterum quod illae sententiae nimis late pateant (*λίαν καθόλου*), alterum quod tantum inter se distent (*κεχωρισμέναι τοσοῦτον*), modo particulam *καὶ* omissam librariorum incuria, qua hae duae reprehensiones distinguantur, ante *κεχωρισμέναι* restituas. Recte iam Casaubonus

legi voluit *λίαν τε καθόλου καὶ κεχ. τοσοῦτον.* Concinnior oratio foret, si ad *καθόλου* adderetur *λεγόμεναι,* sed hoc dubito num sit necessarium.

VII, 1. p. 1235ᵃ37. *τοῖς δὲ τὸ χρήσιμον δοκεῖ φίλον εἶναι μόνον. σημεῖον δ' ὅτι καὶ διώκουσι ταῦτα πάντες, τὰ δὲ ἄχρηστα καὶ αἱ τοιαῦται τῶν ἀποβάλλουσιν.* Post *τῶν* Bekkerus in duobus quos contulit libris manu scriptis locum quinque vel sex literis relinqui adnotat; sed adiiciendis tam paucis literis vereor ut locus ad aptam sententiam possit restitui. Aut plura addenda erunt, aut, quod longe videtur vero similius, mutandis non adiiciendis verbis genuina scriptura quaerenda est, ut lacunae signum, quod saepius usu venit, librariorum coniecturae deberi videatur. Iam si quis ad illud animum attenderit, quod proximis verbis sui corporis partes eas homines abiicere dicuntur, quae sint inutiles, non improbabit, quod scribendum suspicamur *τὰ δὲ ἄχρηστα καὶ αὐτοὶ αὑτῶν ἀποβάλλουσιν.*

VII, 2. p. 1235ᵇ20. *ἔχει δ' ἀπορίαν καὶ πότερον τὸ ἡδὺ ἢ τὸ ἀγαθόν ἐστι τὸ φιλούμενον. εἰ μὲν γὰρ φιλούμενον ἐπιθυμοῦμεν, καὶ μάλιστα ὁ ἔρως τοιοῦτον (οὐδεὶς γὰρ ἐραστὴς ὅστις οὐκ ἀεὶ φιλεῖ), ἡ δ' ἐπιθυμία τοῦ ἡδέος, ταύτῃ μὲν τὸ φιλούμενον τὸ ἡδύ· εἰ δὲ ὃ βουλόμεθα τὸ ἀγαθόν· ἔστι δ' ἕτερον τὸ ἡδὺ καὶ τὸ ἀγαθόν.* Manifesta corruptela, quae inest in verbis *φιλούμενον ἐπιθυμοῦμεν,* qua ratione tollenda sit, apparet collato membro altero *εἰ δὲ ὃ βουλόμεθα.* Scribendum est enim *εἰ μὲν γὰρ φι-*

λοῦμεν οὐ ἐπιθυμοῦμεν. Ceterum parenthesis incipienda est a verbis *καὶ μάλιστα.*

VII, 2. p. 1236ᵃ7—14. *ἐπεὶ οὖν τὰ ἀγαθὰ πλεοναχῶς (τὸ μὲν γὰρ τῷ τοιόνδ' εἶναι λέγομεν ἀγαθόν, τὸ δὲ τῷ ὠφέλιμον καὶ χρήσιμον, ἐπειδὴ τὸ ἡδὺ τὸ μὲν ἁπλῶς καὶ ἀγαθὸν ἁπλῶς, τὸ δὲ τινί, ἢ φαινόμενον ἀγαθόν, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἀψύχων), δι' ἕκαστον τούτων ἐνδέχεται ἡμᾶς αἱρεῖσθαί τι καὶ φιλεῖν, ὥσπερ καὶ ἄνθρωπον· τὸν μὲν γὰρ τοιόνδε καὶ δι' ἀρετήν, τὸν δ' ὅτι ὠφέλιμος καὶ χρήσιμος, τὸν δ' ὅτι ἡδὺς καὶ δι' ἡδονήν.* Quo spectet haec argumentatio non potest dubium videri; tres enim rationes et causas amicitiae scriptor esse ostendit, virtutem utilitatem voluptatem. Sed in ipsa ratiocinatione plus uno loco textus corruptelis obscuratus est. Primum enim ferri non potest particula causalis *ἐπειδή*, quod enim duo distinguuntur voluptatis genera, inde non potest ratio repeti cur simile statuatur discrimen *τοῦ ἀγαθοῦ*, qui quidem erit argumentandi ordo et nexus si particulam *ἐπειδὴ* retinemus, sed accedit tantum et adiungitur ad distinctionem *τοῦ ἀγαθοῦ* similis distinctio voluptatis. Ac ne codicum quidem fide satis firmatum videtur *ἐπειδή*, nam M^b habet *ἐπεὶ*, P^b *ἐπείδε*, interpres Latinus *sic et.* Deinde depravatum est *ἢ φαινόμενον ἀγαθόν*, siquidem *φαινόμενον ἀγαθόν* pariter praedicati locum habet ad *τὸ τινὶ ἡδύ* atque *ἁπλῶς ἀγαθόν* ad *τὸ ἁπλῶς ἡδύ*, quare vel omittenda est particula *ἢ* vel aliud quid ad eam addendum. Falsum denique est duplex *ὥσπερ*, quum enim comparatione adhibita rerum inanimatarum ad

ipsum hominem scriptor transitum paret, altero loco pro *ὥσπερ* scribendum est *οὕτω*. Itaque videndum an hunc fere in modum locum emendare liceat: *ἐπεὶ οὖν τὰ ἀγαθὰ πλεοναχῶς (τὸ μὲν γὰρ τῷ τοιόνδ' εἶναι λέγομεν ἀγαθόν, τὸ δὲ τῷ ὠφέλιμον καὶ χρήσιμον), ἔτι δὲ τὸ ἡδὺ τὸ μὲν ἁπλῶς καὶ ἀγαθὸν ἁπλῶς, τὸ δὲ τινὶ ἢ πῶς φαινόμενον ἀγαθόν· ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἀψύχων δι' ἕκαστον τούτων ἐνδέχεται ἡμᾶς αἱρεῖσθαί τι, οὕτω καὶ ἄνθρωπον· τὸν μὲν γὰρ τῷ τοιόνδε καὶ δι' ἀρετήν κτλ.*

Plures igitur exstant amicitiae formae ac species, quae neque una ratione comprehenduntur, neque nominis tantum similitudine inter se concinunt, sed omnes ad principem amicitiam spectant. *πρὸς μίαν γάρ τινα λέγονται καὶ πρώτην, ὥσπερ τὸ ἰατρικόν. καὶ ψυχὴν ἰατρικὴν καὶ σῶμα λέγομεν καὶ ὄργανον καὶ ἔργον, ἀλλὰ κυρίως τὸ πρῶτον* (p. 1236 a 19.). In principio alterius enunciati desideratur particula *γάρ, καὶ γὰρ ψυχὴν κτλ.* — Illud autem *πρῶτον* quale sit proximis verbis philosophus explicat, *πρῶτον δ' οὗ λόγος ἐν ἡμῖν ὑπάρχει.* At non in eo cernitur *τοῦ πρώτου* vis ac natura, quod in nobis insit eius notio, sed quod inest in reliquis omnibus, quae ad primum referuntur, ut est in Met. *Γ*, 2. p. 1004 a 25. *ἐπεὶ δὲ πάντα πρὸς τὸ πρῶτον ἀναφέρεται κτλ.* Inde scribendum suspicor *οὗ λόγος ἐν πᾶσιν ὑπάρχει.* — Sunt autem qui in notione principis amicitiae tantopere haereant, ut quae cum ea non concinant, eas ne amicitias quidem omnino esse velint. *οὐ γὰρ ἐφαρμόττοντος ἑνὸς*

λόγου οὐκ οἴονται ἄλλας φιλίας εἶναι. (p. 1236 a 27.) Haec verba ita accipi oportet, ut *ἄλλας φιλίας* subiectum sit et *εἶναι* praedicati locum habeat, *negant esse alias quasdam amicitias;* at hoc nec voluit nec potuit dicere philosophus, sed dicendum erat potius: negant reliqua genera amicitiae, quae referri quodammodo ad primariam amicitiam antea expositum est, omnino continere naturam amicitiae. Itaque scribendum arbitror *οὐκ οἴονται τὰς ἄλλας φιλίας εἶναι*, ut per vocabula *τὰς ἄλλας* significentur ea amicitiae genera, quae utilitate vel voluptate iunguntur. Ad haec enim genera paullo ante commemorata respici, proximis etiam e verbis potest cognosci *αἱ δ' εἰσὶ μὲν κτλ.* et a 29. *οὐδ' εἶναι φιλίας τὰς ἄλλας φασίν.*

Describuntur deinde singula amicitiae genera. p. 1236 b 2. *ἡ δὲ κατ' ἀρετὴν* (sc. *φιλία ἐστὶ*) *τῶν βελτίστων. φανερὸν δ' ἐκ τούτων ὅτι ἡ πρώτη φιλία, ἡ τῶν ἀγαθῶν, ἐστὶν ἀντιφιλία καὶ ἀντιπροαίρεσις πρὸς ἀλλήλους.* Falsa distinctione sententia enunciati perversa est; omittenda sunt commata, quibus verba *ἡ τῶν ἀγαθῶν* includuntur, quia haec non per appositionem ad subiectum pertinent, sed ad praedicatum enunciati trahenda sunt. Cf. p. 1237 a 31. *δῆλον ὅτι καὶ ὅλως ἡ φιλία ἡ πρώτη ἀντιπροαίρεσις τῶν ἁπλῶς ἀγαθῶν ἢ ἡδέων.* Recte scriptoris sententiam interpres Latinus videtur perspexisse. — Princeps igitur amicitia in mutua bonorum consistit voluntate, atque ea non invenitur nisi in hominibus, reliqua vero amicitiae genera etiam inter

bestias possunt intercedere. *αἱ δ' ἄλλαι καὶ ἐν τοῖς θηρίοις, καὶ τὸ χρήσιμον ἐπὶ μικρόν τι φαίνεται ἐνυπάρχον, καὶ πρὸς ἄνθρωπον τοῖς ἡμέροις καὶ πρὸς ἄλληλα.* (p. 1236 b 7.) Post *θηρίοις* addendum *οἷς*, ut est apud interpretem Latinum *ceterae autem etiam feris inter se sunt, ubi etiam aliqua mediocris elucet utilitas.* — Ac propter voluptatem quidem et propter utilitatem etiam mali homines amici esse possunt, licet interdum iniurias sibi inferant, id quod verae ac primariae amicitiae repugnat. *οἱ δὲ φιλοῦσι μέν, ἀλλ' οὐ τὴν πρώτην φιλίαν, ἐπεὶ τάς γε ἑτέρας οὐθεὶς κωλύει.* (p. 1236 b 15.) Scribendum est, quod interpres Latiuus vertendo exhibuit, *οὐθὲν κωλύει*, quae formula frequentissima est ad significandum id quod fieri potest. cf. E. E. I, 6. p. 1216 b 15, II, 10. p. 1226 b 24, III, 1. p. 1229 b 19, et ipsum Aristotelem locis permultis. — Sed qui possit fieri, ut mali etiam homines voluptatis causa amicitiam contrahant, proximis verbis scriptor rationem reddit: *δι' ἡδονὴν γὰρ ὑπονοοῦσιν ἀλλήλους βλαπτόμενοι, ὡς ἂν ὦσιν ἀκρατεῖς.* Immo *ὑπομένουσιν ἀλλήλους βλαπτόμενοι*, suas invicem ferunt iniurias, sicuti intemperans voluptatis causa eam iniuriam sustinet, quam sibi ipse infert quum cupiditatibus obsequitur neglecto rationis imperio.

VII, 2. p. 1236 b 23. *τὸ μὲν οὖν ἐκείνως μόνον λέγειν τὸν φίλον* (i. e. eos modo amicos dicere, qui propter virtutem hanc inierunt societatem) *βιάζεσθαι τὰ φαινόμενά ἐστι, καὶ παράδοξα λέγειν ἀναγκαῖον· καθ' ἕνα δὲ λόγον πάσας δυνατόν.* Legendum est

ἀδύνατον. Saepissime enim philosophus dicit diversa amicitiae genera non esse *καθ' ἕν,* i. e. non esse eidem notioni subiecta, sed *πρὸς ἕν,* i. e. amicitiae species omnes ad idem principium et ad eandem primariam amicitiam spectare. Cf. p. 1236a15. *ἀνάγκη ἄρα τρία φιλίας εἴδη εἶναι, καὶ μήτε καθ' ἓν ἁπάσας μήθ' ὡς εἴδη ἑνὸς γένους μήτε πάμπαν λέγεσθαι ὁμωνύμως.* b25. *οὔτε ὡς ὁμώνυμοι — οὔτε καθ' ἓν εἶδος.*

VII, 2. p. 1236b26—39. Universus hic locus tot laborat difficultatibus ut, qualis textus etiam nunc exhibetur, divinare potius debeas scriptoris sententiam quam cognoscere, ac vix speres, quae librariorum incuria conturbata sunt, ex ingenio plane posse restitui. Sed donec meliores codices collati fuerint, tentandum certe num quid coniiciendo ad restituendam genuinam scripturam proficere possimus. Ac primum quidem quod legitur *ἐπεὶ δ' ἁπλῶς ἀγαθὸν καὶ ἁπλῶς ἡδὺ τὸ αὐτὸ καὶ ἅμα, ἂν μή τις ἐμποδίζῃ* pro *τις* sine dubitatione scribendum *τι.* Cf. int. Lat. *nisi quid obstat*, et p. 1237b5. *οὐδὲ δὴ ἐμποδίζειν οὐθὲν τῶν συμβεβηκότων μᾶλλον ἢ τὸ ἀγαθὸν εὐφραίνειν.* E. N. VII, 13. p. 1153a13. *τὴν ἡδονὴν — λεκτέον ἐνέργειαν τῆς κατὰ φύσιν ἕξεως — ἀνεμπόδιστον.* ibid. 14. p. 1153b9 sqq. — Deinde enunciatio quae incipitur ab *ἐπεὶ δ' ἁπλῶς* continuanda est, quod idem interpres Lat. recte instituit, usque ad *φίλος ἡδύς* v. 32, et apodosis quidem ordienda a *διὸ,* quod ne quem offendat conferri possunt exempla e scriptis Aristotelicis, in quibus apodosis manifesto incipitur per *διὸ* vel per *ὥστε,* de

an. III, 10. p. 433^{b}19. III, 9. p. 432^{b}25. Anal. post. I, 24. p. 85^{b}26. (ubi falso ante ὥστε plene distinctum est) I, 25. p. 86^{b}36. Met. *I*, 4. p. 1055^{a}22. *M.* 7. p. 1081^{a}32. Phys. III, 4. p. 203^{a}32. E. N. VII, 15. p. 1154^{a}25 (Zell ad h. l. II. p. 324.). M. M. II, 7. p. 1205^{b}7. II, 11. p. 1211^{a}22. — Perturbata etiam sunt proxima verba *ἔτι δὲ διοριστέον περὶ τούτου μᾶλλον ἔχει ἐπίστασιν, πότερον γὰρ τὸ αὑτῷ ἀγαθὸν ἢ τὸ ἁπλῶς ἀγαθὸν φίλον;* Adiectivum verbale non potest suspensum esse ab *ἔχει ἐπίστασιν*, sed haec verba *ἔχει ἐπίστασιν* trahenda sunt ad proximum enunciatum, ut transposita particula *γάρ* scribatur *ἔχει γὰρ ἐπίστασιν πότερον τό.* Cf. p. 1237^{a}18. *ἐνταῦθα γὰρ ἐπιστατέον, καὶ σκεπτέον πότερον κτλ.* Interpres Lat. hac difficultate facillime ita defungitur ut *ἔχει ἐπίστασιν* et *γὰρ* omittat. — Aliquanto audacius proxima immutanda arbitror *τά τε γὰρ μὴ ἁπλῶς ἀγαθὰ ἀλλὰ κακὰ ἁπλῶς τύχῃ φευκτά,* namque *τοῖς ἁπλῶς ἀγαθοῖς* hoc loco, si sententiarum nexum spectaveris, non opponenda erant *τὰ κακά*, sed *τὰ ἑκάστῳ* vel *τὰ αὑτῷ ἀγαθά,* et ante *τύχῃ* addendum est *ἄν.* — Denique in extremis verbis pro *οὕτως* Bekkerus egregie ut solet coniecit *αὑτῷ.* Cf. Met. *Z*, 4. p. 1029^{b}10. — Haec si cum aliqua veri specie disputavimus, hanc fere in formam universus locus redigendus videatur: *ἐπεὶ δ' ἁπλῶς ἀγαθὸν καὶ ἁπλῶς ἡδὺ τὸ αὐτὸ καὶ ἅμα, ἂν μή τι ἐμποδίζῃ, ὁ δ' ἀληθινὸς φίλος καὶ ἁπλῶς ὁ πρῶτός ἐστιν, ἔστι δ' ὁ τοιοῦτος ὁ δι' αὑτὸν αὐτὸς αἱρετός (ἀνάγκη δ' εἶναι τοιοῦτον· ὡς γὰρ βούλεταί τις δι' αὑτὸν εἶναι

τἀγαθά, ἀνάγκη καὶ αὐτὸν αἱρεῖσθαι εἶναι), ὁ δ' ἀληθινὸς φίλος καὶ ἡδύς ἐστιν ἁπλῶς· διὸ δοκεῖ καὶ ὁ ὁπωσοῦν φίλος ἡδύς. ἔτι δὲ διοριστέον περὶ τούτου μᾶλλον. ἔχει γὰρ ἐπίστασιν, πότερον τὸ αὑτῷ ἀγαθὸν ἢ τὸ ἁπλῶς ἀγαθὸν φίλον, καὶ πότερον τὸ κατ' ἐνέργειαν φιλεῖν μεθ' ἡδονῆς, ὥστε καὶ τὸ φιλητὸν ἡδύ, ἢ οὔ; ἄμφω γὰρ εἰς ταὐτὸ συνακτέον· τά τε γὰρ μὴ ἁπλῶς ἀγαθὰ ἀλλ' αὑτῷ ἁπλῶς ἂν τύχῃ φευκτά, καὶ τὸ μὴ αὑτῷ ἀγαθὸν οὐθὲν πρὸς αὐτόν, ἀλλὰ τοῦτ' ἔστιν ὃ ζητεῖται, τὰ ἁπλῶς ἀγαθὰ αὑτῷ εἶναι ἀγαθά.

VII, 2. p. 1237ᵃ14. *ἄλλο γὰρ τὸ ἁπλῶς ὠφέλιμον καὶ τὸ καλόν· τοιοῦτον γυμνάζεσθαι πρὸς τὸ φαρμακεύεσθαι.* Corporis exercitationi ad medicamentorum usum ea intercedit ratio, ut illa per se ac simpliciter utilis sit, hic non ubivis nec cuilibet, sed tantum quibusdam, vel ut Aristotelicis utamur verbis corporis exercitatio est *ἁπλῶς ὠφέλιμον,* medicamentorum usus *πῶς* sive *τῳδί* sive *αὑτῷ ὠφέλιμον.* Cf. p. 1238ᵇ7. Et eam quidem oppositionem *τοῦ ἁπλῶς ὠφελίμου* et *τοῦ αὑτῷ ὠφελίμου* hoc loco significandam fuisse, neque vero *τοῦ ἁπλῶς ὠφελίμου* et *τοῦ καλοῦ* manifestum erit spectanti universum ratiocinandi ordinemᵃ12—16., licet exemplum ad rem illustrandam allatum nondum respexerit. Ceterum hoc ipsum exemplum non potuit afferri his verbis *τοιοῦτον γυμνάζεσθαι,* sed scribendum fuit vel *τοιοῦτον τὸ γυμν.,* vel quod est usitatissimum *οἷον τὸ γ.* Inde sic scribendum suspicor

ἄλλο γὰρ τὸ ἁπλῶς ὠφέλιμον καὶ τὸ αὑτῷ, οἷον τὸ γυμνάζεσθαι πρὸς τὸ φαρμακεύεσθαι.

VII, 2. p. 1237ᵃ36. *ἔστι δ' αὕτη ἡ φιλία* (sc. *ἡ πρώτη*) *ἕξις ἀφ' ἧς ἡ τοιαύτη προαίρεσις* (sc. *τῶν ἁπλῶς ἀγαθῶν καὶ ἡδέων*). *τὸ γὰρ ἔργον αὐτῆς ἐνέργεια, αὕτη δ' οὐκ ἔξω ἀλλ' ἐν αὐτῷ τῷ φιλοῦντι, δυνάμεως δὲ πάσης ἔξω· ἢ γὰρ ἐν ἑτέρῳ ἢ ἕτερον.* Actum, qui amicitiae tribuitur, opponi apparet potentiae; actus inest in ipso amante, potentia vero, quae est notissima et vulgatissima Aristotelicae philosophiae notio, in altero inest. Hac oppositione, satis ut opinor aperta, eo ducimur ut pro verbis *δυνάμεως δὲ πάσης ἔξω*, quibus non potentia extra rem, sed actus extra potentiam esse significaretur, scribendum coniiciamus *δυνάμεις δὲ πᾶσαι ἔξω* vel *δύναμις δὲ πᾶσα ἔξω*. Cf. int. Lat. *cum potentia extra vel in alio insit.* Praeterea in extremis verbis ante *ἕτερον* particulam *ᾗ* addendam esse, *ἢ γὰρ ἐν ἑτέρῳ ἢ ᾗ ἕτερον*, cognosci potest ex locis Aristotelicis satis multis veluti Met. *Δ*, 12. p. 1019ᵃ16. 20. 25. *Θ*, 1. p. 1046ᵃ11. 13, si ad textum Bekkerianum varietatem lectionis et commentatores Graecos contuleris.

VII. 2. p. 1237ᵇ1. Voluptas quae cum amicitia coniuncta est, ex actione amandi percipitur non e passione, *διὸ τὸ φιλεῖν χαίρειν, ἀλλ' οὐ τὸ φιλεῖσθαί ἐστιν. — ἐπεὶ δὲ τὸ φιλεῖν κατ' ἐνέργειαν τὸ φιλούμενον, ὅ ἐστι χρῆσθαι ᾗ φιλούμενον, ὁ δὲ φίλος φιλούμενον, καὶ φίλῳ ᾗ φίλος, ἀλλὰ μὴ ᾗ μουσικὸς ἢ ἰατρός, ἡδονὴ τοίνυν ἡ ἀπ' αὐτοῦ, ᾗ αὐτός,*

αὕτη φιλική. In priore protasis membro deest praedicatum; hoc facillime restituetur, si obsecuti interpreti Latino pronomen *ὃ* omiserimus. Et universa quidem enunciatio sic videtur scribenda esse: *ἐπεὶ δὲ τὸ φιλεῖν κατ' ἐνέργειαν τὸ φιλούμενόν ἐστι χρῆσθαι ᾗ φιλούμενον, ὁ δὲ φίλος φιλούμενον τῷ φίλῳ ᾗ φίλος, ἀλλὰ μὴ ᾗ μουσικὸς ἢ ἰατρικός, ἡδονὴ τοίνυν κτλ.* Quod articulum *τῷ* pro particula *καὶ* dedi vix egebit commendatione; *ἰατρικὸς* pro *ἰατρὸς* ipso sensu flagitante recepi e cod. *P*[b].

p. 1237[b]11. *βέβαιον γάρ τι δοκεῖ ἡ φιλία, μόνη δ' αὕτη βέβαιος. τὸ γὰρ κεκριμένον βέβαιον, τὰ δὲ μὴ ταχὺ γινόμενα μηδὲ ῥᾳδίως οὐ ποιεῖ τὴν κρίσιν ὀρθήν.* Omittendam esse negationem *οὐ* nemo infitiabitur, qui paullulum ad verborum sententiam et rationum nexum attenderit; diuturnitate enim iuvatur, non impeditur rectum iudicium. Sed an praeterea post *ῥᾳδίως* addendum sit *διαλυόμενα* dubium videbitur conferenti E. N. VIII, 3. ac praecipue ex eo capite haec verba *διὸ ταχέως γίγνονται καὶ παύονται.* Neque omittendum videtur quod habet interpres Latinus, quamvis longius a nostro textu recedens, *nam pronunciatum a gravibus est, constans id esse quod non cito fiat nec cito dissolvatur.*

p. 1237[b]36. *οὐ γίνεται ἄρ' ἡ φιλία ἡ πρώτη ἐν πολλοῖς, ὅτι χαλεπὸν πολλῶν πεῖραν λαβεῖν· ἑκάστῳ γὰρ ἂν δεῖ συζῆσαι.* Legendum *γὰρ ἂν ἔδει.* Interpres Lat. paullo liberius *quandoquidem non omnibus, quemadmodum oportebat, possis convivere.*

p. 1238a3. Deteriori amico, qui diu cognitus nobis sit, non est statim praeferendus alius amicus, melior ille quidem sed nondum cognitus; usu enim opus est et experimento ad iungendam firmiter amicitiam. *ἅμα δὲ εἰ μὴ μόνον ἁπλῶς ἀγαθὸν εἶναι ἀλλὰ καὶ σοὶ εἶναι, φίλος ἔσται σοι φίλος.* Verba aperte depravata, quorum sententiam divinando tantum assequi liceat. In varietate lectionis quod Bekkerus adnotavit codicem *M*^{b} pro *σοὶ εἶναι* exhibere *σοὶ εἶεν*, id fortasse aliquid conferre potest ad commendandam hanc coniecturam *ἅμα δὲ δεῖ μὴ μόνον ἁπλῶς ἀγαθὸν εἶναι ἀλλὰ καὶ σοί, εἰ ὁ φίλος ἔσται σοὶ φίλος.* Ita certe apte haec cohaerebunt cum proximis verbis *ἀγαθὸς μὲν γὰρ ἁπλῶς ἐστὶ τῷ ἀγαθὸς εἶναι, φίλος δὲ τῷ ἄλλῳ ἀγαθός.*

p. 1238a22. *ὁ δὲ χρόνος δηλοῖ ἀμφοτέρους· οὐδὲ γὰρ ὁ χρήσιμος ταχὺ δῆλος ἀλλ' ὁ ἡδὺς μᾶλλον. πλὴν οὐδ' ὁ ἁπλῶς ἡδὺς ταχύς.* Scribendum *ταχύ*, ut repetatur e superioribus *δῆλός ἐστι.* Interpres Lat. quamquam manifesto erravit in vertendis his verbis, quod scripsit *sed nec qui statim suavis simpliciter est*, hoc tamen ex eius interpretatione colligas eum *ταχύ* in textu habuisse.

p. 1238a36. Primaria amicitia non possunt coniuncti esse nisi qui boni sint, reliqua autem amicitiae genera existunt etiam inter homines malos. *ἐνδέχεται δὲ καὶ ἡδεῖς ἀλλήλοις εἶναι τοὺς φαύλους, καὶ ᾗ φαῦλοι ἢ μηδέτεροι, ἀλλ' οἷον ᾠδικοὶ ἄμφω, ἢ ὁ μὲν φειδωλὸς ὁ δὲ ᾠδικός ἐστιν.* Scribendum censeo *οὐχ ᾗ φαῦλοι ἢ μηδέτεροι* (i. e.

neque boni neque mali), *ἀλλ' οἷον ᾠδικοὶ ἄμφω ἢ ὁ μὲν φιλῳδὸς ὁ δὲ ᾠδικός ἐστιν.* Priorem emendationis partem et ipse scriptor comprobat, quod paullo infra habet p. 1238^{b}10. *εἴη γὰρ ἂν ἡδὺς* (sc. *ὁ φαῦλος*) *οὐχ ᾗ φαῦλος, ἀλλ' ᾗ τῶν κοινῶν τινὸς μετέχει, οἷον εἰ μουσικός,* et interpres Lat., qui haec sic vertit *nam et pravi nonnunquam se mutuo oblectant, non quatenus pravi nec quatenus neutri.* Quod autem deinde pro absurdo *φειδωλός* scripsi *φιλῳδός,* neque eget confirmatione et occupatum video a Casaubono.

p. 1238^{b}1. Possunt autem mali etiam propter utilitatem amicitiam iungere. *ἔτι χρήσιμοι ἂν εἶεν ἀλλήλοις καὶ ὠφέλιμοι, οὐχ ἁπλῶς ἀλλὰ πρὸς τὴν προαίρεσιν, ἢ οὐδέτεροι.* Scribendum *ᾗ οὐδέτεροι* vel *ἢ ᾗ οὐδέτεροι.* Nimirum utiles sibi esse possunt homines improbi non simpliciter, sed ad certum quoddam consilium persequendum, nec quatenus sunt improbi, sed quatenus nec probos eos dici par est nec improbos.

p. 1238^{b}6. Simili ratione homo probus amicus esse potest improbo, *καὶ βουλήσεται τὰ ἀγαθά, ἁπλῶς μὲν τὰ ἁπλᾶ, τὰ δ' ἐκείνῳ ἐξ ὑποθέσεως, ἢ πενία συμφέρει ἢ νόσος. ταῦτα τῶν ἁπλῶν ἀγαθῶν ἕνεκα, ὥσπερ καὶ αὐτὸ τὸ φάρμακον πιεῖν.* Legendum esse suspicor *ᾗ πενίᾳ συμφέρει ἢ νόσοις, καὶ ταῦτα τῶν ἁπλῶν ἀγαθῶν ἕνεκα κτλ.,* secutus interpretem Latinum, *nempe quatenus aut paupertati aut morbis confert, idque bonorum simplicium causa.*

p. 1238 b 13. *διὸ ἔνιοι ὁμιλητικοί εἰσιν ἂν καὶ σπουδαῖοι.* Immo potius *ὁμιλητικοί εἰσιν, ἂν καὶ μὴ σπουδαῖοι.* Hoc et enunciati conformatio flagitat, quae in vulgato textu prorsus est perversa, et sententiae ratio; quaeritur enim quibus ex causis ii possint amici esse, qui non sint probi.

VII, 3. p. 1238 b 27. *ἐν ταύταις δὲ* (sc. *ἐν ταῖς καθ' ὑπεροχὴν φιλίαις*) *ἢ οὐκ ἔνεστιν ἢ οὐχ ὁμοίως τὸ ἀντιφιλεῖσθαι. γελοῖον γὰρ εἴ τις ἐγκαλοίη τῷ θεῷ ὅτι οὐχ ὁμοίως τῷ ἀντιφιλεῖσθαι ὡς φιλεῖται, ἢ τῷ ἄρχοντι καὶ ἀρχομένῳ.* Verba *ὅτι οὐχ ο. τ. α. ω. φιλεῖται* non esse integra recte perspexerunt Sylburgius et Casaubonus, sed quod in eorum locum substitui voluerunt, ille *ὅτι οὐχ ὁμοίως τῷ φιλεῖσθαι αὐτός ἀντιφιλεῖ*, hic *ὅτι οὐχ ὁμοίως αὐτὸς ἀντιφιλεῖ ὡς φιλεῖται,* vereor ne longius quam opus est a tradita librorum scriptura recesserint. Propius ad eam accedere possumus si scripserimus *ὅτι οὐχ ὁμοίως τὸ ἀντιφιλεῖσθαι*, sc. *ἔνεστιν ἐν τῇ αὐτῶν φιλίᾳ,* quod ex enunciato antecedente facile potest repeti. — Sed nec extrema verba persuadere mihi possum sicuti nunc exhibentur ab Eudemo esse scripta. Etenim haec verba *ἢ τῷ ἄρχοντι καὶ ἀρχομένῳ* ut aptam vel omnino aliquam sententiam praebeant, construenda erunt cum enunciato superiore *οὐκ ἔνεστιν ὁμοίως τὸ ἀντιφιλεῖσθαι*, ita quidem ut proxima verba *γελοῖον εἴ τις ἐγκαλοίη τῷ θεῷ — φιλεῖται* tamquam in parenthesi dicta accipiantur. Quae excusandi magis quam explicandi ratio propterea nimis est dura, quia particula comparativa *ἤ, ἢ τῷ ἀρχ.*,

nihilo minus referenda est ad τῷ θεῷ. Fortasse scriptum fuit ἢ τῷ ἄρχοντι ὁ ἀρχόμενος.

p. 1238ᵇ30. De eadem impari amicitia, qualis inter deum et hominem vel omnino inter principem et subiectum intercedit, deinde philosophus haec scribit: *καὶ ἡδονῇ διαφέρει οὐδὲν ἥ τε τοῦ αὐτάρκους ἐπὶ τῷ αὑτοῦ κτήματι ἢ παιδί, καὶ τοῦ ἐνδεοῦς ἐπὶ τῷ γινομένῳ.* At si amoris magnitudine differunt in amicitia impari superior et inferior, ipsa autem amandi actione voluptas efficitur ea quae coniuncta est cum amicitia, hanc voluptatem non minus diversam esse oportet quam ipsum amorem. Inde scribendum videtur *καὶ ἡδονῇ διαφέρει οὐδὲν ἧττον τοῦ αὐτάρκους κτλ.*

VII, 4. p. 1239ᵃ8. *ἐνιαχοῦ δὲ φιλεῖσθαι μὲν δεῖ τὸν ὑπερέχοντα, ἐὰν δὲ φιλῇ ὀνειδίζεται, ὡς ἀνάξιον φιλῶν. τῇ γὰρ ἀξίᾳ τῶν φίλων μετρεῖται καί τινι ἴσῳ.* Subiectum grammaticum ad *μετρεῖται* e superioribus non aliud repeti potest nisi *ὁ ὑπερέχων φίλος,* ut is qui in amicitia superior est aestimari dicatur ex dignitate amicorum et ex aequitate quadam; quae sententia neque per se probari potest neque apte cohaeret cum universa argumentandi ratione. Equidem scribendum potius arbitror *τῇ γὰρ ἀξίᾳ τὸ φιλεῖν μετρεῖται καί τινι ἴσῳ,* collato Nicomacheorum loco VIII, 8. p. 1158ᵇ27. *ὅταν γὰρ κατ' ἀξίαν ἡ φίλησις γίγνηται, τότε γίγνεταί πως ἰσότης, ὃ δὴ τῆς φιλίας εἶναι δοκεῖ,* et proximis Eudemiorum verbis *τὰ μὲν οὖν δι' ἡλικίας ἔλλειψιν ἀνάξια ὁμοίως φιλεῖσθαι, τὰ δὲ κατ' ἀρετὴν ἢ γένος*

ἢ κατ' ἄλλην τοιαύτην ὑπεροχήν· ἀεὶ δὲ τὸν ὑπερέχοντα ἢ ἧττον ἢ μὴ φιλεῖν ἀξιοῦν. Ceterum pro *ἀξιοῦν* lege *ἄξιον.*

p. 1239ᵃ32. *τὸ μὲν γὰρ φιλεῖν συμβεβηκός.* Legendum esse *φιλεῖσθαι* recte coniecit Casaubonus.

VII, 5. Quum amicitiae causam vulgo vel in similitudine vel in diversitate morum et ingeniorum positam esse existiment, quaeritur quomodo hae amicitiae causae referri possint ad amicitiae genera a philosopho antea descripta. Ac similitudo quidem, ut quae amicitiae sit causa, et ad virtutem potest et ad voluptatem referri. *τό τε γὰρ ἀγαθὸν ἁπλοῦν, τὸ δὲ κακὸν πολύμορφον. — ὥστε οὕτω μὲν τὸ ὅμοιον φίλον, ὅτι ἀγαθὸν ὅμοιον.* (p. 1239ᵇ16.) Immo *ὅτι τὸ ἀγαθὸν ὅμοιον,* quod apparet e verbis supra positis. — *ἔστι δὲ ὡς καὶ κατὰ τὸ ἡδύ. τοῖς γὰρ ὁμοίοις ταῦθ' ἡδέα, καὶ ἕκαστον δὲ φύσει αὑτὸ αὑτῷ ἡδύ.* (p. 1239ᵇ18.) Pro *ταῦθ' ἡδέα* legendum est *τὰ αὐτὰ ἡδέα, similibus enim eadem iucunda sunt,* ut habet interpres Lat.; nam ita demum similitudo tamquam amicitiae causa ad voluptatem referetur, si qui similes sint ex *iisdem* rebus voluptatem percipere dicantur. — Verum etiam quod diversitas dicitur amicitiae causa esse ad virtutem potest revocari. *ἔστι δέ πως καὶ ἡ τοῦ ἐναντίου φιλία τοῦ ἀγαθοῦ. ὀρέγεται γὰρ ἀλλήλων διὰ τὸ μέσον· ὡς σύμβολα γὰρ ὀρέγεται ἀλλήλων· διὸ οὐ τῷ γίνεσθαι ἐξ ἀμφοῖν ἓν μέσον.* (p. 1239ᵇ31.) Pro *τῷ* cod. *Pᵇ* habet *τό.* Hoc nondum sufficit, sed legendum videtur, deleta graviore distinctione post *ἀλλήλων, διὰ τὸ*

γίγνεσθαι κτλ. Cf. E. N. VIII, 10. p. 1159^{b}20. ἡ δ' ὄρεξις τοῦ μέσου· τοῦτο γὰρ ἀγαθόν, οἷον τῷ ξηρῷ οὐχ ὑγρῷ γενέσθαι ἀλλ' ἐπὶ τὸ μέσον ἐλθεῖν.

VII, 6. p. 1240^{a}15. Utrum sibi ipse quispiam dici possit amicus esse necne, difficile est diiudicare; nam quodammodo ea amicitia, qua quis se ipse amet, reliquorum amicitiae generum princeps et quasi norma videtur esse, quodammodo vero ne esse quidem censeatur amicitia. ἔστι γάρ πως κατ' ἀναλογίαν αὕτη ἡ φιλία, ἁπλῶς δ' οὔ. ἐν δυσὶ γὰρ διῃρημένοις τὸ φιλεῖσθαι καὶ φιλεῖν. δι' ἃ μᾶλλον οὗτος αὐτὸς αὑτῷ φίλος, ἐπὶ τοῦ ἀκρατοῦς καὶ ἐγκρατοῦς εἴρηται πῶς ἑκὼν ἢ ἄκων, τῷ τὰ μέρη ἔχειν πως πρὸς ἄλληλα τὰ τῆς ψυχῆς. Scribendum arbitror δι' ἃ μᾶλλον οὕτως αὐτὸς αὑτῷ φίλος, ὡς ἐπὶ τοῦ κτλ. Et οὕτως quidem exhibetur in cod. P^b, quod autem ὡς addidi comprobari potest ex interpretatione Latina *iuxta quae magis hic sibi amicus est, velut in continente et incontinente dictum est.* Comparari vero sui ipsius amorem cum aliis actionibus, quibus quis se ipse afficit, etiam proximis e verbis cognoscitur καὶ ὅμοιον τὰ τοιαῦτα πάντα, εἰ φίλος αὐτὸς αὑτῷ καὶ ἐχθρὸς καὶ εἰ ἀδικεῖ τις αὐτὸς αὑτόν. πάντα γὰρ ἐν δυσὶ ταῦτα καὶ διῃρημένως. Immo διῃρημένοις, ut et supra legitur et infra ^{a}21.

p. 1240^{b}2. καὶ μὴ μίαν φιλίαν. Certissimam emendationem, ut scribatur καὶ μίαν ψυχήν, iam Casaubonus proposuit. Cf. p. 1240^{b}9. E. N. IX, 8. p. 1168^{b}7.

p. 1240ᵇ7. οὐδὲ λέγει (sc. ὁ εὖ ποιήσας ἑαυτόν) ὅτι ἐποίησεν ἢ εἷς. δοκεῖ γὰρ φιλεῖν βούλεσθαι ὁ δῆλον ποιῶν ὅτι φιλεῖ, ἀλλ' οὐ φιλεῖν. Legendum videtur φιλεῖσθαι βούλεσθαι. Cf. E. N. VIII, 9. p. 1159ᵃ12. οἱ πολλοὶ δὲ δοκοῦσι διὰ φιλοτιμίαν βούλεσθαι φιλεῖσθαι μᾶλλον ἢ φιλεῖν.

p. 1240ᵇ23. Elegans Casauboni coniectura, μεταμελητικός pro μεταληπτικός scribentis, confirmatur maxime si contulerimus quemadmodum ὁ μεταμελητικός coniungatur cum τῷ ἀκρατεῖ. M. M. II, 11. p. 1211ᵇ1, E. N. VII, 8. p. 1150ᵃ21, 9. p. 1150ᵇ29 sqq.

VII, 7: p. 1241ᵃ7. 9. Amicitiae quum similis sit et affinis benevolentia, huius quae sit natura quaeritur. διῃρημένης γὰρ τῆς φιλίας κατὰ τρεῖς τρόπους, οὔτ' ἐν τῇ χρησίμῃ οὔτ' ἐν τῇ καθ' ἡδονήν ἐστιν. εἴτε γὰρ ὅτι χρήσιμον, βούλεται αὐτῷ τἀγαθά, οὐ δι' ἐκεῖνον ἀλλὰ δι' αὑτὸν βούλοιτ' ἄν. δοκεῖ δ' ὥσπερ καὶ ἡ εὔνοια οὐκ αὐτοῦ εὔνοια τοῦ εὐνοΐζομένου εἶναι, ἀλλὰ τοῦ ᾧ εὐνοεῖ. εἰ δ' ἡ ἐν τῇ τοῦ ἡδέος φιλία, κἂν τοῖς ἀψύχοις εὐνόουν. Comma post χρήσιμον omittendum. Deinde post ὥσπερ addendum est καὶ ἡ φιλία, cf. interpr. Lat. *videtur autem benevolentia, quemadmodum et amicitia, non benevolentis esse*, E. N. IX., 5. p. 1167ᵃ15. ὁ δὲ βουλόμενός τιν' εὐπραγεῖν, ἐλπίδα ἔχων εὐπορίας δι' ἐκείνου, οὐκ ἔοικ' εὔνους ἐκείνῳ εἶναι, ἀλλὰ μᾶλλον ἑαυτῷ, καθάπερ οὐδὲ φίλος, E. E. p. 1241ᵃ23. ἔοικε δὲ καὶ ἡ ὁμόνοια οὐχ ἁπλῶς λέγεσθαι ὥσπερ οὐδ' ἡ φιλία. Denique pro εἰ δ' ἡ iam Casaubonus coniecit id quod est verum εἰ δ' ἦν ἐν τῇ τοῦ ἡδέος φιλίᾳ. —

p. 1241ᵃ15. ante *δοκοῦσι γὰρ* nisi plura unum certe enunciatum excidit, quo conclusa benevolentiae quaestione disputatio de consensu et concordia incipiatur. —

VII, 9. p. 1241ᵇ14. 15. *δοκεῖ δὲ τό τε δίκαιον εἶναι ἴσον τι καὶ ἡ φιλία ἐν ἰσότητι, εἰ μὴ μάτην λέγεται ἰσότης ἡ φιλότης. αἱ δὲ πολιτεῖαι πᾶσαι δικαίου τι εἶδος. κοινωνία γάρ, τὸ δὲ κοινὸν πᾶν διὰ τοῦ δικαίου συνέστηκεν, ὅστις ἀεὶ διὰ φιλίας καὶ δικαίου καὶ κοινωνίας, καὶ πάντα ταῦτα σύνορα ἀλλήλοις, καὶ ἐγγὺς ἔχει τὰς διαφοράς.* Pro *κοινωνία* scribendum arbitror numero plurali *κοινωνίαι*, hic enim aptius concinet cum plurali *αἱ πολιτεῖαι πᾶσαι.* Significabit autem pluralis *κοινωνίαι* varia societatis genera cf. ᵇ24. *αἱ δ' ἄλλαι κοινωνίαι κτλ.* 39. *καὶ ἐν ταῖς κοινωνίαις.* M. M. II, 11. p. 1211ᵃ11., quemadmodum pluralis *αἱ φιλίαι* saepissime usurpatur ad significanda plura amicitiae genera. Deinde verba *ὅστις ἀεὶ διὰ* adeo sunt absurda, ut vix credibile videatur ea nondum vel emendata vel tentata esse. Atque haud scio an lenissima possint mutatione ad genuinam formam restitui si scripseris *ὥστε ὅσα εἴδη φιλίας, καὶ δικαίου καὶ κοινωνίας*, i. e. unde fit ut quot sunt amicitiae species, totidem sint iustitiae et societatis. Cf. ᵇ32. *καὶ τὰ δίκαια δὴ τοσαῦτα. ἐπεὶ δὲ τὸ ἴσον τὸ μὲν κατ' ἀριθμὸν τὸ δὲ κατ' ἀναλογίαν, καὶ τοῦ δικαίου εἴδη ἔσται καὶ τῆς φιλίας καὶ τῆς κοινωνίας.* M. M. II. 11. p. 1211ᵃ7. *διὸ καὶ ὅσαπερ δικαίων εἴδη, τοσαῦτα καὶ φιλιῶν.* E. N. VIII, 11.

p. 1241 b 24—26. αἱ δ' ἄλλαι κοινωνίαι εἰσὶν ἢ μόριον τῶν τῆς πόλεως κοινωνιῶν, οἷον ἡ τῶν φρατέρων ἢ τῶν ὀργίων, ἢ αἱ χρηματιστικαὶ ἔτι πολιτεῖαι. Primum offendimus in verbis ἢ μόριον, quamquam enim bis deinde ponitur particula ἤ, neutra tamen superiori potest opponi; accedit quod in Nicomacheis legimus αἱ δὲ κοινωνίαι πᾶσαι μορίοις ἐοίκασι τῆς πολιτικῆς VIII, 11. p. 1160a8. Inde vel omittendum censeo illud ἢ vel mutandum in πῃ. Deinde quod in fine legitur ἔτι πολιτεῖαι non potest sic ab ipso horum librorum auctore scriptum esse, sed num satis probabile sit horum verborum in locum reponere καὶ αἱ πολεμικαί alii viderint; non dissimilia certe ea sunt exempla, quae ad eandem rem illustrandam afferuntur E. N. VIII, 11. p. 1160 a 14—18.

VII, 10. p. 1242a14. ἄλλον γὰρ τρόπον συνῆλθον πρίων καὶ τέχνη, οὐχ ἕνεκα κοινοῦ τινός (ὅλον γὰρ ὄργανον καὶ ψυχή), ἀλλὰ τοῦ χρωμένου ἕνεκα. Scribendum est οἷον γὰρ ὄργανον κ. ψ. Necessaria haec emendatio peti poterat ex interpr. Lat. *nam ut organum et anima.* Proxima verba praecipue falsa distinctione obscurata sunt: συμβαίνει δὲ καὶ τοῦτο ὄργανον ἐπιμελείας τυγχάνειν, ἧς δίκαιον πρὸς τὸ ἔργον. ἐκείνου γὰρ ἕνεκέν ἐστι καὶ τῷ τρυπάνῳ εἶναι διττόν, ὧν τὸ κυριώτερον ἐνέργεια, ἡ τρύπησις. Verba ἐκείνου γ. ε. ἐστι artissime cum superioribus cohaerent, itaque, quod recte fecit interpres Latinus, post ea verba demum plene distinguendum est. Praeterea pro τῷ τρυπάνῳ cod. *Pb* exhibet quod unice

est verum *τὸ τρυπάνῳ*. Inde hanc fere in formam hic locus redigetur: *συμβαίνει δὲ καὶ τοῦτο* (an *αὐτὸ τὸ?*) *ὄργανον ἐπιμελείας τυγχάνειν, ἧς δίκαιον πρὸς τὸ ἔργον, ἐκείνου γὰρ ἕνεκέν ἐστι. καὶ τὸ τρυπάνῳ εἶναι διττόν κτλ.*

p. 1242b 2—15. Locus multifariam corruptus, quem quomodo totum emendem non habeo. Liceat tamen in loco desperato ea certe menda tollere, quae et facile et probabiliter videntur corrigi posse. Ac primum quidem v. 5. pro *ἀμφισβητησάντων* legendum videtur *ἀμφισβητηθέντων*, deinde v. 7. pro *ἀνεστραμμένως* recipienda est lectio cod. *Mb ἀντεστραμμένως* cf. M. M. II, 7. p. 1206a 38. Arist. de interpr. 13. p. 22a 34, b 9. Top. VIII, 11. p. 162a 1. Phys. III, 6. p. 206b 5. 27. al., tum v. 9. pro *διακείμενον* scribendum arbitror *διακείμενος* commate ante hoc vocabulum posito, denique v. 13. pro *εἰςήνεγκεν* legendum erit *εἰςήνεγκον* vel *εἰςήνεγκαν*, quod Sylburgius proposuit.

p. 1243a 11. *διὸ ἐνιαχοῦ νόμος ἐστὶ τοῖς οὕτως ὁμιλοῦσι φιλικῶς μὴ εἶναι δίκας τῶν ἑκουσίων συναλλαγμάτων, ὀρθῶς. τοῖς γὰρ ἀγαθοῖς οὐ πέφυκε δίκαιον εἶναι, οἱ δ' ὡς ἀγαθοί, καὶ τοῖς συναλλάττουσιν.* Pro *καὶ τοῖς* in cod. *Pb* legitur, quod manifestiorem etiam prae se fert corruptelam, *καὶ τῆς τοῖς*. Sed neque quod a Bekkero receptum est *καὶ τοῖς συναλλάττουσιν*, licet per se non absurdum videatur, ullo modo ita potest cum superioribus verbis construi ut apta inde existat enunciati sententia. Ipso autem ratiocinandi nexu eo videmur duci ut scribamus *οἱ*

δ' ὡς ἀγαθοὶ ἑαυτοῖς (vel ἀλλήλοις) συναλλάττουσιν. Cf. E. N. VIII, 15. p. 1162ᵇ23. γίγνεται οὖν τὰ ἐγκλήματα μάλισθ' ὅταν μὴ κατὰ τὴν αὐτὴν συναλλάξωσι καὶ διαλύωνται. ᵇ30. ἀλλ' οἴονται δεῖν στέργειν τοὺς κατὰ πίστιν συναλλάξαντας. — οὐχ ὁμοίως δὲ συναλλάξας καὶ διαλυόμενος ἐγκαλέσει.

p. 1243ᵇ14—18. πολλὰ ἐγκλήματα γίνεται ἐν ταῖς φιλίαις τοῖς μὴ κατ' εὐθυωρίαν καὶ τὸ δίκαιον ἰδεῖν. οὐ ῥάδιον γὰρ χαλεπὸν μετρῆσαι ἑνὶ τῷδε τῷ μὴ κατ' εὐθυωρίαν, οἷον συμβαίνει ἐπὶ τῶν ἐρωτικῶν. ὁ μὲν γὰρ διώκει ὡς τὸν ἡδὺν ἐπὶ τὸ συζῆν, ὁ δ' ἐκεῖνον ἐνίοτε ὡς χρήσιμον. Haud magnis mutationibus opus est ut ad aptam sententiam et fortasse ad genuinam formam haec verba restituantur: πολλὰ ἐγκλήματα γίνεται ἐν ταῖς φιλίαις ταῖς μὴ κατ' εὐθυωρίαν καὶ τὸ δίκαιον ἰδεῖν οὐ ῥάδιον. χαλεπὸν γὰρ μετρῆσαι ἑνὶ τῷδε τὰ μὴ κατ' εὐθυωρίαν, οἷον — ἐρωτικῶν. ὁ μὲν γὰρ διώκει ὡς τὸν ἡδὺν ἐπὶ τῷ συζῆν κτλ. Cf. M. M. II, 11. p. 1210ᵃ34. ἐν ᾗ δὲ φιλίᾳ μὴ διὰ ταὐτὸ φίλοι ἐσμέν, μᾶλλον αἱ διαφοραί. — — διὸ μᾶλλον αἱ διαφοραὶ ἐν ταῖς τοιαύταις φιλίαις γίγνονται.

p. 1243ᵇ34. τοῖς δὲ μὴ κατ' εὐθυωρίαν τὸ ἀνάλογον μέτρον, οἷον εἰ ὁ μὲν σοφίαν δοῦναι ἐγκαλεῖ, ὁ δ' ἐκείνῳ ἀργύριον, τῇ σοφίᾳ πρὸς τὸ πλούσιον· εἶτα τί δοθὲν πρὸς ἑκάτερον; Vide an probabiliter sic scribatur: ὁ δ' ἐκείνῳ ἀργύριον, τί σοφία πρὸς τὸ πλούσιον; εἶτα τί δοθὲν πρὸς ἑκάτερον;

Proxima duo capita, undecimum et duodecimum, tot ac tantis scatent corruptelis, ut vix duo vel tres

versus continuos legere possis, quin emendandi periculum facere cogaris; sed equidem quum saepissime ea excuterem et singula quaeque diligenter perpenderem, multa tentarem ac deinde reiicerem, tandem desperavi fore ut mihi contingeret plerosque saltem librariorum errores ex ingenio tollere et ad genuinam scripturam aliquanto propius accedere. Itaque sufficiat brevissime eas coniecturas significasse, quae aliqua veri specie commendari videantur.

VII, 11. p. 1244ª9. pro *διὸ* scribendum videtur *ὃ δὲ*. Int. Lat. habet *vel*. — ª16. *οὐχὶ σῖτον*. Lege *οὐχ ὃς σῖτον*. — ª17. *εὖ ζῆν*. Lege *συζῆν*, cf. ª30. p. 1245ª25. 37. ᵇ8. 10. al. — ª18—21. Fortasse hunc in modum distinguenda sunt: *ἀλλ' οἱ τοῦτο ποιοῦντες τούτῳ πάντα τῷ ἐρωμένῳ διδόασιν, οὐ δέον οὐδ' εἰσὶν ἄξιοι. καὶ οἱ ἐν τοῖς λόγοις ὅροι τῆς φιλίας πάντες μέν πως εἰσι φιλίας, ἀλλ' οὐ τῆς αὐτῆς*. — ª32. *τὰ γὰρ πράγματα μᾶλλον, ἀλλ' οὐ φιλοῦσι τὰ ἔχοντα*. Fortasse *τὰ γὰρ πράγματα μᾶλλον φιλοῦσιν, ἀλλ' οὐ τὸν ἔχοντα*. — ᵇ5—7. Scribendum arbitror *οὔτε γὰρ τῶν χρησίμων δεῖσθαι αὐτάρκους, οὔτε τῶν εὐφραινόντων, οὔτε τοῦ συζῆν. αὐτὸς γὰρ ἱκανὸς αὑτῷ συνεῖναι*. Quod *εὐφραινόντων* scripsi Sylburgii est emendatio. — ᵇ26. *ἔστι δὲ τὸ αὐτὸ αἰσθάνεσθαι καὶ τὸ αὐτὸ γνωρίζειν αἱρετώτατον*. Scribendum est *τὸ αὑτοῦ αἰσθάνεσθαι καὶ τὸ αὑτὸν γνωρίζειν* coll. ᵇ33. p. 1245ª4, 36, ᵇ1. Similis emendatio proximis etiam verbis adhibenda erit. — ᵇ28. *διατιθέναι*. Fortasse *δεῖ τιθέναι*.

p. 1245 a 12. ἐπὶ τῶν κοινωνῶν πρῶτον καὶ τοῖς ἄλλοις ζῴοις, οἷον τὸ συνεσθίειν ἢ τὸ συμπίνειν. Lege ἐπὶ τῶν *κοινῶν* πρῶτον —, οἷον *τοῦ* σ. ἢ. *τοῦ* σ. — a18. οὐ φίλος. Scribendum videtur ὁ φίλος. — b14. ὅτι γὰρ ὁ θεὸς οὐ τοιοῦτος οἷον δεῖσθαι φίλου, καὶ τὸν ὅμοιον ἀξίου. Fortasse scribendum οὐ τοιοῦτος· *οἷος* δεῖσθαι φίλου, καὶ τὸν ὅμοιον *ἀξιοῖ*. — b30. ἡ μήτηρ. Lege ἡ μήτηρ. — b37. ὡς ἡδὺ τὸν φίλον. Sententiarum ratio flagitare videtur ut scribatur ὡς *λυπεῖν* τὸν φίλον.

p. 1246 a 5. Non praetermittenda elegans Casauboni coniectura ἐπεὶ δὲ ἄδηλον τὸ *πόσον* δύναται τὸ ἅμα, ἤδη διαφέρονται καὶ *οἴονται* τὸ μετέχειν ἅμα πάντων φιλικόν. — a18. Pro εἰ αὐτός fortasse scribendum est ἢ αὐτός, et post ea verba colo, non puncto distinguendum, ut ab ὥστε apodosis incipiatur, cf. p. 60.

Ad extrema quattuor Eudemiorum capita inde a tertio decimo Leonardus Spengel veterem versionem Latinam ex meliore codice confectam contulit (l. l. p. 534—551.), eiusque vestigia secutus in hac corruptissima libri parte plurima evidenter et ingeniose emendavit.

INDEX LOCORUM.

MAGNA MORALIA.

ETHICA EUDEMIA.

STETTINI TYPIS EFFENBARTIANIS.